

INDEX PRO CIRCULARIBUS DIOECESANIS

a. 1881.

Pag.		Pag.	
„Adiutorium Nostrum“	86	Csontos	39
Aedilitas par. fund. publ.	84	Czikó	52
Alagies	81	Data statist.	21
Ajaky	86	Denk	47
Andrin	86	Diós-Berény	65
Assisi	90	Docentium mutatio	13
Bedegh	71	Docentes alienigenae	29
Bendicsák	79	Dráva-Keresztur	73
Bielek	12	Encyclicae Leonis XIII.	5 55 67
Biró	40	Examen synod.	12
Bohus	21	Extractus matric. milit.	30 71
Bolmán	71	Extractus matric. helvetar.	46
Brem	65	Feichtinger	64
Breviaria def. sac.	49	Fekete	40
Bruszt	22	Fischer	1
Budák	39	Fraticsevics	86
Bujni	31	Glitt	65
Bundalla	22 40	Greksa	81
Capellani castrens.	2 49	Gröner	47
Conferentiae ludir.	41 sqq.	Gruber	11
Crux rubea	87	Gudler	1
Csajághy	1	Halász	19
Csaják	47	Hangai	1
Cserny	33	Hass	50

	<i>Pag.</i>		<i>Pag.</i>
Herr	20	Nagy-Mányok	72
Hitelemzés példákban	32	Neszláng	31
Hitterjesztés lapjai	86	Németh	20
Horváth	33 81	Népisk. Lapok	39
Horv.-Hertelend	64	Novák	86
Hölbling	37	Orfű	80
Huber	13	Paári	81
Hunyady	77	Pastorales Litterae	14 75
Jézus Sz. Szivének hirnöke	51	Pászthi	90
Ivándárda	49 80	Pensionator. mors	78
Jubilaeum	23	Péhm	40
Kakasd	65	Pintér	33 45
Kalauz Róma stb.	86	Plosser	1
Kanovszky	51	Pócsa	84
Kanyó	64	Privilegium sacror. de Req.	28
Karancs	32	Proksch	86
Kánya	31	P. Sz. László	13 32
Keskend	64	Radó	66
Kiss	1 20	Rathmann	40
Kis-Dorogh	40	Rácz	83
Komáromy	1	Ráczpetre	81
Kovács	81 86	Rézbányai	86
Köhler	81	Romaisz	22
Kölesd	80	Rudolphus princeps	35
Krisztanics	40 65	Schmidt	66 86
Kruckenberger	47	Schnobal	65
Lapánca	21	Schultz	11 33
Lauš	65	Simkovics	47
Lex confessionalis	78	Societas S. Ladisl.	10
Lothárd	52	Stipendum Széchenyi Kolonics	1
Lőrinczi	83	Stola milit.	77
Lourdes	48	Störk	3
Maria-Czell	90	Strechay	1
Matrim. milit.	2 11	Streicher	81
Matrim. minorennum	18	Szabó	66
Matuska	47	Szalczer	22
Márton	81	Szauter	1
Meranensis unio	19	Szántó	71
Mészáros	71	Szegfű	86
Molnár	64	Szeredy	86
Miszla	90	Szilvek	81
		Szokhányi	47

	<i>Pag.</i>		<i>Pag.</i>
Szuly	13	Vlasics	83
Taxa Circularium	13	Vogl	65
Tevel	52	Vukić	90
Theses theor.	12	Vuié	66
Theses ludir	39	Walter	81 86
Tributum funduale	38 51	Weber	64 79
Trixler	19	Weisz	47
Troll fund.	1 19	Wimmer	1
Udvari	39	Wosinszky	66
Ursprungler	85	Závod	19
Vaiszló	85	Zell	90
Varga	81	Zguth	47
Vándor emlékeim.	19	Zoologischer Atlas	32
Vitkovics	33	Zvonicsek	66



I.

2450

1880

Subsidium e fundatione Rssmi Francisci Troll pro egenis et aegrotis sacerdotibus facta, pro anno 1880. obtinuerunt:

(Subsidium
e fundatione
Franc. Troll.)

Carolus Csajághy, emer. parochus Szászvárensis;
Paulus Gudler parochus Bellyensis;
Franciscus Kiss emer. parochus Baranyavárensis;
Stephanus Komáromy parochus F.-Iregensis;
Antonius Szauter parochus Görcsönyensis;
Joannes Plosser parochus Miszlaensis;
Franciscus Wimmer emer. parochus Szebényensis:
Leopoldus Fischer parochus Fekedensis;
Ferdinandus Hangai parochus Ibafaensis;
Ludovicus Strechay parochus Bikalensis.

Quisque horum, competentem sibi taliter summam 100 firm. a Rssmo Aloysio Girk erga apocham recipere poterit.

Adnotatur, quod distributio 200 flororum, honorarium Curatoris fundationis constituentium, per hunc, uti notum est, ad parem scopum destinatorum, iudicio eiusdem Rssmi Curatoris relictia sit.

Datum Quinque Ecclesiis die 30-a Decembris 1880.

16

1881

Concursus pro stipendio Széchenyi-Kollonichiano cum eo hisce publicatur, ut DD. Parochi suos docentes, qui pro eo obtinendo recurrere intendunt, inviare velint, quo suos recursus cum requisitis documentis usque finem mensis Januarii a. c. ad Officium Dioecesanum promoveant.

(Concursus
pro Stipendio
Széchenyi-
Kollonichiano.)

Pályázat. A Széchenyi-Kollonich-féle üresedésbe jött 63. forint évi ösztön-(segély) dij élvezetével összekötött alapítványi helyek betöltésére jövő 1881. évi Január hó végeig pályázat nyittatik.

Pályázat képesek nemzetiségi különbség nélkül oly magyarországi születésű katholikus vallású elagott és kereset képtelen, főleg nemesi származású szegény

sorsú férfiak kik a fejedelem és haza körül, különösen a népnevelés és tanítás valamint a közszolgálat terén érdemeket szereztek. Ennélfogva a pályázni óhajtók felhivatnak, hogy a fennt előstorolt minősítvényeket igazoló okmányokkal felszerelt kérvényeket, melyekben egyszersmind kijelölendő, hogy ezen ösztöndíjt (segélyt) elnyerés esetére melyik adóhivatalnál akarják folyosittatni, az illető egyházmegyei hatóságnál a kitüzött pályázati határidőn belül nyújtsák be, a honnan is azok véleményes jelentések kíséretében a vallás és közoktatási műk. ministeriumhoz felterjesztendők lesznek. Megjegyeztetik egyébiránt miként a nem fentebbi uton vagy pedig a kitüzött pályázati idő eltelte után beérkezett folyamodványok tekintetbe vétetni nem fognak.

Kelt Budapesten 1880. Vallás és közokt. m. kir. Ministeriumtól.

17

1881.

(Personae militares post exhibitum testimoniū de peractis promulgationib. copulari pos sunt.)

Pro stricta observantia communicatur cum Clero Curato sequens intimatum
Exc. Reg. Hung. Ministerii Cultus et Publ. Institutionis:

Vallás- és közokt. m. kir. ministertől. 32786 szám. Nagyméltóságú Püspök Ur! A cs. és kir. közös hadügyministerium f. é. október hó 18-án 7321. sz. a. kelt átirata szerint a hadsereg apostoli helynöke oda azon jelentést tette, hogy utóbbi időben több oly eset fordult elő, miszerint a polgári lelkészek annak előadása mellett, hogy előttük a katonai személyek esketésére vonatkozó szabályok ismeretlenek, — vegyes házasság esetében az esketést teljesítették a nélkül, hogy a tábori lelkészek a hirdetésekről szóló, illetve elbocsátó levelét az illetőtől követelték volna.

Az emlitett közös ministeriumnak idézett számu megkeresése folytán van szerencsém tehát Nagyméltóságodat megkeresni, miszerint a lelkészkeďő papságot oda utasítani sziveskedjék, hogy a tábori lelkész joghatóság alá tartozó személyek esketését csak azon esetre teljesítsék, ha azok illetékes tábori lelkészük szabályosan kiállított hirdetési bizonyitványát előmutatják.

Fogadja Nagyméltóságod kiváló tisztelettem őszinte nyilvánítását. Budapest, 1880. deczember hó 1-én. Trefort. s. k.

18

1881.

(Notanda pro Capellani Castrensis Castrensisib.)

Capellani Castrenses et sacerdotes qui alia ratione legi militandi obnoxii essent, ab obligatione se annue ad sic dictum „ellenőrzési szemle“ praesentandi, operi recursus medio Ordinariatus ad concernentem Jurisdictionem promoti, relevari possunt; uti uberior patet ex intimato sequenti:

Vallás- és közoktatásügyi m. kir. ministertől: 33010. szám. Nagyméltóságú Püspök Ur! A magyar kir. honvédelmi ministerium folyó hó 12-én 42549 szám alatt kelt átiratából azon értesítést vettetem, hogy a cs. és kir. közös-hadügyministerium

közleménye szerint a nyilvános avagy nyilvánossági joggal felruházott tanintézetenél és népiskoláknál hittanítók gyanánt működő tartalékos tábori lelkészek, előljáróságaiak megkeresésére, az illető parancsnokságok által fölmentendők az évenkénti tiszti főjelentkezésekben (Hauptrapport) való megjelenés alól.

Ugyan ilyen fölmentésben részesítendők a hadkötelék alatt álló és hasonló minőségen működő azon lelkészek is: a kik átmenetileg a legénység állományába tartoznak, és tartalékos tábori lelkészüké való kineveztetésükig, az ellenőrzési szemléken megjelenni kötelesek.

Ez alkalommal a magy. kir. honvédelmi ministerium maga részéről kijelentette, hogy ezen kedvezményt a honvédséghoz besorozott és hasonló minőségen működő lelkészekre is kiterjeszti, a honvéd-zászlóaljak parancsnokságait ez értelemben fogván utasitani.

Van szerencsém erről Nagyméltóságodat azon megkereséssel tudósítani, hogy ehhez képest az illető lelkészeket kellőleg utasitani méltóztassék.

Fogadja Nagyméltóságod kiváló tisztelettem őszinte nyilvánítását. Budapesten, 1880. november 18-án. A minister meghagyásából: Hidasy Kornél, s. k. osztálytanácsos.

22

1881

Vallás- és közoktatási magy. kir. ministertől. 33838. szám. Störk Henriknek a pesti róm. kath. tanítóképezdében 1873. évi október 30-án 198. sz. a. kiadott képesítő oklevél másodlat állítólag elveszvén, ezennel semmisnek nyilvánítatik, s nevezett részére f. é. november 18-án 81. sz. a. jogérvényes harmad példány kiadatott.

Miről van szerencsém a Főtisztelendő egyházm. hatóságot a szokásos köröztetés szives eszközlése végett tisztelettel értesíteni. Budapest, 1880. deczember 7-én. A minister meghagyásából: Gönczy Pál, s. k. ministeri tanácsos.

Datum Quinque-Ecclesiis die 4-a Januarii 1881.

(Henricus
Störk optimus
duplicatura
testimonii.)

Ferdinandus m. p.
Episcopus.

II.

122

1881

LEO PAPA XIII. Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam Benedictionem. Saneta Dei civitas quae est Ecclesia, cum nullis regionum finibus contineatur, hanc habet vim a Conditore suo inditam, ut in dies magis dilatet *locum tentorii sui*, et *pellès tabernaculorum suorum extendat*¹. Haec autem christianarum gentium incrementa, quamvis intimo Sancti Spiritus afflatu auxilioque praecipue fiant, extrinsecus tamen hominum opera humanoque more perficiuntur: decet enim sapientiam Dei, eo modo res universas ordinari et ad metam perduci, qui naturae singularum conveniat. Non unum tamen est genus hominum vel officiorum, quorum ope fiat ad hanc terrestrem Sion novorum civium accessio. Nam primae quidem partes eorum sunt, qui *praedicant verbum Dei*: id exemplis et oraculis suis Christus edocuit; id Paulus Apostolus urgebat iis verbis: *Quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante?* . . . Ergo *fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi*². Istud autem munus ad eos pertinet, qui rite saeris initiati fuerint. — His porro operae studiique non parum afferunt qui vel *auxilia in rebus externis posita suppeditare, vel fusis ad Deum precibus caelestia charismata conciliare solent*. Quapropter laudantur in Evangelio mulieres, quae Christo evangelizanti regnum Dei ministrabant de *facultatibus suis*³, et Paulus testatur, iis qui Evangelium annuntiant voluntate Dei concessum esse ut de Evangelio vivant⁴. Pari modo assetatores auditoresque suos Christum ita iussisse novimus: *Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam*⁵: primosque Eius alumnos, Apostolis praeeuntibus, ita supplicare Deo consuevisse: *Da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum*⁶.

Duo haec munia quae in largiendo supplicandoque consistunt, cum perutilia sunt ad regni caelorum fines latius proferendos, tum illud habent proprium, ut ab hominibus cuiuslibet ordinis expleri facile queant. Quis enim est aut tam tenui fortuna, ut exiguum dare stipem, aut tantis rebus occupatus, ut pro nuntiis

(Encyclica
Epistola Leonis XIII. de
instituto pro-
pagandas fi-
dei, unione
infantiae Iesu
et Scholis Ori-
entis prove-
hendis.)

¹ Is. LIV, 2.

² Rom. X, 14, 17.

³ Luc. VIII, 3.

⁴ I Cor. IX, 14.

⁵ Matth. IX, 38, Luc. X, 2.

⁶ Act. IV, 29.

sacri Evangelii Deum obsecrare aliquandiu prohibeatur? Huiusmodi vero praesidia adhibere semper viri apostolici consueverunt, nominatim Pontifices romani, in quos christiana fidei propagandae maxime incunbit sollicitudo: tametsi non eadem perpetua ratio fuit haec subsidia comparandi, sed varia et diversa, pro varietate locorum temporumque diversitate.

Cum aetate nostra libeat ardua quaeque coniunctis plurimorum consiliis et viribus aggredi, societas passim coire vidimus, quarum nonnullae etiam ob eam causam sunt initiae, ut provehendae in aliquibus regionibus religioni prodessent. Eminet autem inter ceteras pia consociatio ante annos fere sexaginta Lugduni in Gallis coalita, quae a *propagatione fidei* nomen accepit. Haec primum illuc spectavit, ut quibasdam in America missionibus opem ferret: mox tamquam granum sinapis arborem ingentem excrevit, cuius rami late frondescunt, adeoque ad missiones omnes, quae ubique terrarum sunt, actuosam beneficentiam porrigit. Praeclarum hoc institutum celeriter Ecclesiae Pastoribus probatum fuit et luculentis laudum testimoniis honestatum. Romani illud Pontifices Pius VII, Leo XII, Pius VIII, Decessores Nostri et commendarunt vehementer et Indulgentiarum donis ditaverunt. Ac multo etiam studiosius fovit, et plane caritate paterna complexus est Gregorius XVI, qui in encyclicis litteris die XV. mensis Augusti anno huius saeculi quadragesimo datis in hanc sententiam de eodem loquutus est: „Magnum sane opus et sanctissimum, quod modicis oblationibus et quotidianis precibus a quolibet sodalium ad Deum fusis sustinetur, augetur, invalescit, quodque Apostolicis operariis sustentandis, christianaque caritatis operibus erga neophytes exerceendis, nec non fidelibus ab impetu persecutionum liberandis inductum bonorum omnium admiratione atque amore dignissimum existimamus. Nec sine peculiari divinae providentiae consilio tantum commodi atque utilitatis Ecclesiae nuperrimis hisce temporibus obvenisse censendum est. Dum enim omnigena inferni hostis machinamenta dilectam Christi sponsam lacebunt, nihil illi opportunius contingere poterat, quam ut desiderio propagandae catholicae veritatis Christifideles inflammati iunctis studiis, collataque ope omnes Christo lucrifacere conarentur.“ Haec prolocutus, Episcopos hortabatur, sedulo agerent in sua quiske Dioecesi, ut tam salutare institutum nova quotidie incrementa caperet. — Neque a vestigiis Decessoris sui deflexit gloriosae recordationis Pius IX, qui nullam praetermisit occasionem iuvandae societatis meritissimae, eiusque prosperitatis in maius provehendae. Revera auctoritate eius ampliora pontificalis indulgentiae privilegia in socios collata sunt, exeatata ad eius operis subsidium christianorum pietas, et praestantissimi e sodalium numero, quorum singularia merita constitissent, variis honorum insignibus decorati; demum externa aliquot adiumenta, quae huic instituto accesserant, ab eodem Pontifice ornata laude et amplificata sunt.

Eodem tempore aemulatio pietatis effecit, ut binae aliae societas coalescerent, quarum altera a *sacra Iesu Christi infantia*, altera a *Scholis Orientis* nuncupata est. Priori propositum est tollere et ad christianos mores educere infantes miserrimos, quos desidia vel egestate compulsi parentes inhumaniter exponunt, praetertim in Sinensium regionibus, ubi plus est huius barbaria moris usitata. Illos ita-

que peramanter excipit sodalium caritas, prelioque interdum redemptos christiana regenerationis lavaero abluendos curat, ut scilicet vel in Ecclesiae spem, Deo iuvante, adolescent, vel saltem morte occupatis sempiternae felicitatis potiundae facultas praebatur. — Sollicita est de adolescentibus alia quam commemoravimus societas, omnique industria contendit, ut ii sana doctrina imbuantur, studetque prohibere fallacis pericula scientiae, ad quam proni persaepe illi feruntur ob improvidam discendi cupiditatem. — Ceterum utraque sodalitas antiquiori illi, cui a fidei propagatione nomen est, adiutricem operam praebet, et stipe precibusque christianarum gentium sustentata ad idem propositum amico foedere conspirat; omnes enim eo intendunt, ut evangelicae lucis diffusione quamplurimi ab Ecclesia extores veniant ad agnitionem Dei, Eumque colant, et quem misit Iesum Christum. Meritis proinde laudibus, velut innuimus haec duo instituta, datis Apostolicis litteris, ornavit Pius IX. Decessor Noster, iisque sacras Indulgentias liberaliter est elargitus.

Itaque cum tria sodalitia tam certa Pontificum maximorum gratia floruerint, cumque opus singula suum studio concordi urgere numquam desierint, uberes edidere salutis fructus, Congregationi Nostrae de propaganda fide hanc mediocre attulere subsidium et levamen ad sustinenda missionum onera, atque ita vigore visa sunt, ut laetam quoque spem facerent in posterum segetis amplioris. At vero tempestates plures ac vehementes, quae adversus Ecclesiam excitatae sunt in regionibus iamduum evangelica luce illustratis, detrimentum intulerunt iis etiam operibus, quae sunt ad barbaras gentes excolendas instituta. Etenim multae causae extiterunt, quae sociorum numerum liberalitatemque minuerent. Et saepe cum passim opiniones pravae spargantur in vulgo, per quas mundanae felicitatis appetitio acuitur, caelestium autem bonorum spes abiicitur, quid ab iis expectetur, qui animo ad exeogitandas, corpore ad capiendas voluptates utuntur? Huiusmodi homines precesne fundant quibus exoratus Deus populos sedentes in tenebris ad divinum Evangelii lumen victrixi gratia addueat? Istine sacerdotibus pro fide laborantibus ac dimicantibus suppetias ferant? Restrictiores porro fieri ad munificentiam animos etiam piorum hominum temporis improbitate oportuit, partim quod abundante iniquitate refixit multorum caritas, partim quod rerum privatrum angustiae, publicarum motus (infecto etiam metu peioris aevi) plures in retinendo tenaces, parciores ad largiendum effecerunt.

Multiplex contra gravisque necessitas Apostolicas missiones premit atque urget, cum sacrorum operariorum copia efficiatur quotidie minor; neque abruptis morte, senio confectis, labore attritis praesto sunt qui succedantur pares numero et virtute. Religiosas enim familias, unde plures ad sacras missiones prodibant, infensis legibus dissociatas cernimus, clericos ab aris avulsos et onus militiae subire coactos, bona utriusque Cleri fere ubique publicata et proscripta. — Interim aditu ad alias plagas patefacto quae videbantur imperviae, crescente locorum et gentium notitia, aliae atque aliae quaesitae sunt expeditiones militum Christi, novaeque stationes constitutae: ideoque plures desiderantur, qui se iis missionibus devoveant, et tempestiva conferant subsidia. — Difficultates omittimus et impedimenta a contradictionibus oborta. Saepe enim viri fallaces, satores errorum, simulant Apostolos

Christi, humanisque praesidiis affatim instructi munus catholicorum sacerdotum praevertunt, vel deficientium loco subrepunt, vel posita ex adverso cathedra docentis obsistunt, satis se assequitos rati, si audientibus verbum Dei aliter ab aliis explicari ancipitem faciunt salutis viam. Utinam non aliquid artibus suis proficerent! Illud certe deflendum, quod ii vel ipsi, qui tales magistros aut fastidiunt aut prorsus non noverunt, puramque veritatis lucem inhiant, saepe hominem non habeant, a quo sana doctrina erudiantur et ad Ecclesiae sinum invitentur. Vere parvuli petunt panem, et non est qui frangat eis; regiones albae sunt ad messem, et haec quidem multa, operarii autem pauci, pauiores forsitan propediem futuri.

Quae cum ita sint, Venerabiles Fratres, Nostri muneris esse ducimus, piis studiis caritatique christianorum admovere stimulus, *ut qua precibus, qua largitionibus* sacrarum missionum opus iuvare et fidei propagatione favere contendant. Cuius rei quanta sit praestantia, cum bona ostendunt quae illi proposita sunt, tum quae inde percipiuntur compendia et fructus. Recta enim tendit sanctum hoc opus ad gloriam divini nominis et Christi regnum amplificandum in terris; incredibiliter autem beneficium est iis, qui e vitiorum coeno et umbra mortis evocantur, et praeterquam quod salutis sempiternae compotes fiunt, ab agresti cultu ferisque moribus ad omnem civilis vitae humanitatem traducuntur. Quin etiam iis ipsis est valde utile ac fructuosum, quorum in eo aliquae sunt partes, cum spirituales illis divitias compareret, praebeat materiam meriti, et Deum quasi beneficii debitorem adstringat.

Vos igitur, Venerabiles Fratres, in partem sollicitudinis Nostrae vocatos etiam atque etiam hortamur, ut concordibus animis apostolicas missiones sedulo vehementerque adiuvare Nobiscum studeatis, fiducia in Deum erecti et nulla difficultate deterriti. Salus agitur animorum, cuius rei causa Redemptor Noster animam suam posuit, et Nos Episcopos et sacerdotes dedit in opus sanctorum, in consummationem corporis sui. Quare retenta licet ea statione gregisque custodia quam cuique Deus commisit, summa ope nitamur, *ut sacris missionibus ea praesidia* suppetant quae a primordiis Ecclesiae in usu fuisse commemoravimus, scilicet Evangelii praeconium, et piorum hominum cum preces tum eleemosynae.

Si quos ergo noveritis divinae gloriae studiosos et ad sacras expeditiones suscipiendas *promtos et idoneos*, his addite animos, ut explorata compertaque voluntate Dei, non acquiescant carni et sanguini, sed Spiritus Sancti vocibus obtemperare festinent. — A reliquis autem sacerdotibus, a religiosorum virorum utriusque sexus ordinibus, a cunctis denique fidelibus curae vestrae concreditis magnopere contendite, ut numquam intermissis precibus caeleste auxilium satoribus divini verbi concilient. Deprecatores autem adhibeant Deiparam Virginem, quae valet omnia errorum monstra interimere; purissimum eius Sponsum, quem plures missiones iam sibi praestitem custodemque adsciverant, tñ nuper Apostolica Sedes universae Ecclesiae Patronum dedit; Apostolorum Principes agmenque totum, unde profecta primum Evangelii praedicatio omni terrarum orbe personuit; ceteros demum praeclaros sanctitate viros, qui in eodem ministerio absumpsere vires, vel vitam cum sanguine

profuderunt. — Precationi supplici *eleemosyna* accedat, cuius quidem ea vis est, ut vel loco dissitos et alienis curis distentos apostolicorum virorum adiutores, eorumque cum in laborando tum in bene merendo socios efficiat. Tempus quidem est huiusmodi, ut plures premat rei familiaris inopia; nemo tamen idcirco animum despondeat: stipis enim, quae in hanc rem desideratur, collatio nulli ferme potest esse gravis, quamvis e multis in unum collatis satis grandia queant parari subsidia. Vobis autem, Venerabiles Fratres, commonentibus unusquisque consideret, non iacturae sed lucro suam sibi liberalitatem futuram, quia feneratur Domino qui dat indigenti, eaque de causa ars *eleemosyna* dicta est omnium artium quaestuosissima. Revera si, ipso Iesu Christo auctore, non perdet mercedem suam qui uni ex minimis eius poculum dederit aquae frigidae, amplissima profecto merces illum manebit, qui insumpto in sacras missiones aere vel exiguo, precibusque adiectis, plura simul et varia caritatis opera exercet, et quod divinorum omnium divinissimum sancti Patres dixerunt, adiutor fit Dei in salutem proximorum.

Certa fiducia nitimus, Venerabiles Fratres, eos omnes qui catholico gloriantur nomine, haec reputantes, animo, et hortationibus vestris incensos minime defuturos huic, quod Nobis tantopere cordi est, pietatis officio; neque passuros studia sua in amplificando Iesu Christi regno, eorum sedulitate et industria vinci, qui dominatum principis tenebrarum propagare nituntur. — Interea piis christianarum gentium coeptis Deum propitium adprecantes, Apostolicam benedictionem, praecipuae benevolentiae Nostrae testem, Vobis, Venerabiles Fratres, Clero et populo vigilantiae Vestrae commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die III. Decembris A. MDCCCLXXX, Pontificatus Nostri Anno Tertio. LEO PP. XIII.

Ad haec Sanctissimi Domini Nostri verba non est quid ultra addam.

Neminem enim nostrum latet, quod fidei propagatio, Evangelii Jesu Christi apud gentes, quibus lux salutis nondum illuxit, quaeque adhuc gradiuntur viis suis, — dilatatio, semper praecipuam curae ac supremae vigilantiae Romanorum Pontificum partes constituerit; ceu Eius in terris vicarii, in cuius nomine oportet nos salvos fieri.

Pariter omnibus nobis notum est, quanta per iniquitatem temporum et hominum in adimplendo hoc sublimi munere, Capiti Ecclesiae ponuntur et in dies maiora poni parantur impedimenta: per eos qui ordines religiosos, quorum sodales in exequendo missionum opere utplurimum incumbunt et semper ineubuerunt, supprimunt; per eos porro, qui Sedem romanam, ac praeclaras propagandae fidei instituta spoliante, mediis privant, per quae cum fide salvifica, ipsa morum et civilis vitae humanitatisque cultura gentibus advehitur; per ea tandem undique tentata molimina, quibus dum iniquitas elibertatur, charitas multorum refrigerescit et attenuatur.

Atque hae difficultates et haec impedimenta ex iis vel maxime regnis exurgunt nunc, unde missionis opera olim et alias plurimum subsidiis et adjumenti repetebant. Quo respectu satis est Galliam memorasse, ut de ipsa urbe Roma taceam,

in qua expostulante iam sanctae memoriae Pio Papa IX. (in alloc. die 12-a Mart. 1877. habita) tot collegia, formandis et praeparandis Missionariis destinata, iam prius suppressa sunt, nunc vero etiam ipsi notissimo Instituto „de propaganda fide“ eadem sors parari videtur.

Ea de causa Beatissimus Pater, cui in s. apostolo Petro, praesertim praeceptum est praedicare Evangelium omni Creaturae, vi supremi muneris sui, quod in Ecclesia gerit, sollicitus, Ipse quidem spoliatus, a nationibus vero huendum zelosissimus impeditus implorat: ut a) qui se vocatos sentiunt ipsi praecones ad messem operarii veniant; b) ceteri autem, qua stipe, qua precibus suceurrant.

Evidem fines, quos Sanctissimus Dominus Noster succolando desiderat et iubet, pridem apud nos Hungaros et in hac ipsa Dioecesi nostra strenue promoventur; quum non modo Sodalitas S. Infantiae Jesu suum Procuratorem habeat et membra, verum et Missiones tum Orientis cum Americae et Africæ suos benefactores.

Haec tamen quam legistis vocis provocatio Summi Pastoris Nostri, stimulus omnibus addat necesse est, ut quum alibi locorum in dies magis deficiunt adjumenta, nostra fiant eo abundantiora.

Itaque Beatissimi Patris inopiam nostra, quantum possumus, opera, suppleamus; suppleamus plus largiendo, suppleamus fideles animando, suppleamus tandem, quibus alia deficiunt, orando et ad orationem provocando.

Dum enim voici Summi Pastoris obsequendo; magis satagerimus ministrare operibus bonis, etiam nobis abundanter ministrabitur introitus in aeternum regnum Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi (II. Petr. 1, 10.)

89

1881

(Rasmus Ca-
nonicus Trol-
director dio-
cesanus Socie-
tatis S. Ladis-
lai consti-
tuens.)

Conventus generalis Societatis S. Ladislai nuperrime celebratus, de mediis quibus, dictae societatis sodalium zelus erigi et corroborari, numerus membrorum augeri ac munera beneficentiae multiplicari sicque fines societatis maiorem in modum promoveri possent, consilia conferens, in eam sententiam abiit, plurimum emolumenti ex eo societati sperari posse, si in unaquaque Dioecesi zelosus quidam vir ecclesiasticus Director constitueretur, qui negotia societatis procuraret atque Praesidem inter et Parochos seu alios dioecesanos sacerdotes immediato litterarum commercio, quae ad fines societatis promovendos faciunt, tractaret; signanter vero id ageret, ut in effectu deducantur, quae Statutorum Societatis §-o 3-io continentur, qui sic habet:

§. 3. Az egyes plebániákban a lelkész vallási buzgalmáról ismert s általa felkérődő egy vagy több világítaggal, részint felvilágosítás részint buzdító szónoklatokkal oda működik, hogy minél több tag gyűjtessék, kiknek nevei feljegyztetvén, tőlük a havonkinti s illetőleg évi tagdíjak beszedessenek, a mutatkozó évi hátralékok különösen Sz. László napján befizettessenek s a befolyt pénzek, valamint a tagok névjegyzéke évnegyedenkint az egyházmegyei hatóságokhoz beküldesszenek, hogy ezek kegyes közvetítése által a társulathoz juthassanak; különben ugyanez leend a feladata a

plebania területén lakó tagok által választott vagy ezután választandó egy világi katholikus és az illető plebános közös elnöksége alatt eddig alakult, vagy netán ezután még alakulandó helyi bizottmányoknak is.

E helyi bizottmányok tagjai az illető egyházközségi területen megyebeli főpásztorai helybenhagyása mellett magukat önnön legjobb belátásuk szerint szervezhetik, saját statutumokkal birkatnak és a főcéllal más, nevezetesen ájtatossági és kegyeleti gyakorlatokat is összeköthetnek.*

Quo consilium isthoc, quod Mihi omnino probatur, optatum implementum sortiatur, munus idmodi *Directoris dioecesani Societatis S. Ladislai* instituendum esse duxi ac ad suscipiendum huius onus officii Rss. *Canonicum Franciscum Troll* requisivi.

Eius igitur erit, incrementa beneficentissimae huius societatis pro viribus promovere; quae ut vobis perbene notum est eo laudabili scopo coaluit, ut indigenitiis Ecclesiae succurrat ac nominatim a) Beatissimo Patri et Sedi romanae in angustiis constitutae piis oblatis famuletur; b) Catholicis, per Orientem religionis sociis, undique derelictis atque inter hos ibi, signanter in Moldavia degentibus gentis nostrae filiis opem ferat; tandem vero c) pauperiores in ipsa patria nostra ecclesiastis et benefica quaevis instituta subsidiis iuvet ac sublevet.

Praeclarri certe fines, quorum promovendorum necessitatem ipsa temporum adiuncta in dies magis magisque urgent.

Itaque rogo vos et hortor venerabiles ac dilectissimi Fratres et Filii, ut qua estis erga Sanctam Ecclesiam Dei pietate, qua erga augustissimum eius Caput romanum Pontificem fideli adhaesione, qua erga egentes fratres caritate et zelo: piam S. Ladislai societatem inter fideles curae vestrae commissos omni opere et studio fovere, dilatare et obfirmare studeatis atque in laudabili isthoc neoinducto Rssmo Directori Dioecesano adjutrices manus praebere et officia vestra quam soler-tissime impendere velitis.

106

1881

Thesim theologicam, super origine et historica evolutione Duelli, pro corona vernali a. 1880. designatam, prae ceteris fusius et penitus elucubrarunt presbyteri: *Julius Gruber et Carolus Schultz*. Dissertationem *Julii Gruber*, elegantiori stylo latino compositam, praemio decem aureorum distinguendam esse inveni, *Carolo Schultz* vero adiudicavi praemium 25 flnorm per Districtum Pécsváradensem oblatum.

(Pro thesi
theologica
praemium
obtinuerunt
Julius Gruber
et Carolus
Schultz)

123

1881

Pro stricta observantia communico sequens Exc. Ministerii R. H. Cultus et Publ. Institutionis intimatum:

(De matrimo-nio officialium militarium)

Vallás és közoktatási magy. kir. minisztertől. 34945. szám. Nagyméltóságu Püspök ur! A csász. és kir. közös hadügyministerium f. hó 1-én 7812. sz. a. kelt közleménye szerint ujabb időben többször észleltetett, hogy oly nyugalmazott kato-

natisztek, kik a kezükönél lévő rendelvény szerint a felülvizsgálat „alkalmával a hadseregi szolgálatra alkalmatlanoknak de helyi szolgálattételre képeseknek” nyilvánítattak, — a polgári lelkészek által házasságilag egybeadattak a nélkül, hogy az illető házasulandók a főhadi- vagy hadparanokság által kiállított házassági engedélyt előmutatták volna.

E szabályellenes eljárásukat a polgári lelkészek a fenálló szabály nem ismerésével menteggették.

Az elől emlitett miniszterium megkeresése folytán van szerencsém tehát Nagyméltóságodat felkérni, hogy a lelkész kedő papságot oda utasitani méltóztassék, miszerint az emlitett minőségű katonatiszteket csak akkor eskettessék meg, ha azok a szükséges házassági engedélyt felmutatták.

Fogadja Nagyméltóságod kiváló tiszteletem őszinte nyilvánítását. Budapest, 1880. deczember hó 15-én. Trefort. s. k.

124

1881

(Antonius
Bielek obti-
nuit duplica-
tum testi-
monii.)

Vallás- és közoktatási m. kir. minisztertől. 34,594. szám. Bielek Antalnak, a znyóváraljai állami tanítóképezdében 1878. évi augusztus 13-án ¹²⁸/₂₃₂₄ szám alatt nyert képesítési oklevele állítólag elveszvén, semmisnek nyilvánítatik, s nevezettnek f. évi november 29-én ¹²⁸/₂₃₂₄ sz. a. annak jogérvényes másolata kiadatott.

Miről van szerencsém a Főítisztelendő egyházn. hatóságot a szokásos köröztetés szives eszközlése végett, tisztelettel értesíteni.

Budapesten, 1880. deczember 18-án. A miniszter meghagyásából: Gönczy Pál, s. k. ministeri tanácsos.

140

1881

Pro anno currente 1881. sequentes theses theologicae assignantur elucubrandae:

E theologia pastorali, pro corona vernali:

Szabad-e elválasztani a hitelemzési oktatást a neveléstől? Mily módon lehet a tanitást a neveléssel kapcsolatba hozni?

E theologia dogmatica, pro corona autumnali:

Omnia, quae in mundo sunt ac fiunt, sapientissime a Deo ad certum quandam disponuntur finem, physicum aut moralem; existentia proinde malorum in mundo non tollit divinam providentiam.

148

1881

(Terminus
examinis sy-
nodalis.)

Cunctis ad examen synodale subeundum obligatis notum redditur, terminum eiusdem anno currente in 30-am et 31-mam Augusti defixum esse.

149

1881

(Mutatio in
statu personali
docentium reg.
Inspectori
schol. insi-
nuando.) Ut postulatis legis art. 32. a. 1875 et art. 18. a. 1879. satisfieri possit,
mutationes in statu personali docentium occurrentes regio Inspectoris scholarum comi-
tatensi insinuentur, necesse est. Quapropter provoco hisce DD. Parochos, ceu sedium
scholarium praesides, ut huiusmodi mutationes, qualicunque ex causa fiunt, sine ne-
ctenda mora regio Inspectoris notas reddant, ita quidem, ut praeter nomina docen-
tium stationem dereliquentis et occupantis alia etiam adjuncta, videlicet locus,
quo alter se confert, vel unde alter venit, comitatus etc. adnotentur.

Suapte intelligitur, quod officiosa haec relatio, adjunctis et causae muta-
tionis (obitus, resignatio, amotio, rudedonatio) conformis sit.

150

1881

(Pro circulari-
bus dioceca-
nis, exincep-
tis, 2 fini sunt sol-
vendi.) Summula unius fni et quinque xror, quam DD. Parochi annue titulo te-
gendarum, pro circularibus dioecesanis typis procusis, expensarum, pendere solent,
adeo non sufficit, ut quovis anno centum et quod excedit fni supleni aliunde ve-
niant. Spectato eo, quod proprie in commodum DD. Parochorum fiat ut Circulares
typis vulgentur, et quod insuper Schematismum dioecesanum gratis percipient, quot-
tam titulo harum expensarum numerandam, 95 xris augendam decrevi; ut adeo exin-
ceps 2 fini, (1 fl. e corona vernali, et 1 fl. e corona autumnali) Officio Meo sub-
mittendi sint.

(Personalia.) ARD. Joanne Huber VAD. et Parochio Nádasdensi, munus Inspectoris
scholarum Districtus Pécsváradensis resignante, idem minus concreditum est RD.
Josepho Szuly, Parochio Berkesdensi.

126

1881

(Concursus pro
statione docen-
tis in P. Sz.
László.) A püspök-szent-lászlói káutor-tanítói állomás üresedésbe jövén, betöltésére
1881. évi február 14-éig pályázat hirdettetik.

Ez állomás jövedelmei I. A pécsi püspöki uradalomtól: 1) 50 frt. osztr.
ért.; 2) 17 félhektoliter rozs. 3) 340 liter bor, évnegyedes részletekben előre kiadva;
4) 3 hold jóminőségű szántóföld közel a házhoz; 5) 28 köbméter hasábfa, a köz-
ség által vágva és hordva, miből az iskola is fütendő. II. A községtől: 1) minden
házaspár után $\frac{2}{4}$ mérő rozs és 40 kr. (párszám 29); 2) minden iskolás gyermek
után 20 kr. (van 22) 3) vasárnapi iskoláért 12. frt.; 4) stola körülbelül 5 frt.; 5)
széreny lakás, rét, gyümölcs s csekély házi kerttel. — Tanítási nyelv: német
és magyar.

A felszerelt folyamodványok a kertileti tanfelügyelőséghez küldendők Ber-
kesdre, u. p. Pécsvárad.

Quinque-Ecclesiis die 21-a Januarii 1881.

Ferdinandus m. p.
Episcopus.

III.

324

1881

Semper quidem, Venerabiles Fratres et Filii Dilectissimi! ad exemplum et monitum Apostoli, homini christiano, mortificationem Jesu in corpore suo circumferre necessum est, ut et vita Jesu manifestetur in carne sua mortali (II. Cor. 4.) — neque invenitur sapientia in terra suaviter viventium (Job. 18.): quod autem tantopere necesse est et salutare corporibus pariter ac animabus nostris, pia Mater Ecclesia, per anni diversa tempora saepius, maxime vero et solemnissime proponit et legis instar praescribit diebus, qui nunc appropinquant, de quibus iam Origenes scribit: Habemus quadragesimae dies jejunio consecratas (In Levit.) et de quibus S. Ignatius ait: Quadragesimam nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei conversationis (Ep. ad Philipp.) Conversationis videlicet Filii Dei inter nos, in carne mortali nostra. Qui videlicet cum ipse jejunavit quadraginta diebus et noctibus, tum etiam suae legis instar praenunciavit futuros dies, quibus Eius sectatores jejunabunt. (Math. 9.)

Observantia sane jejunii quam salutaris tam antiquissima est, cuius origo dicente S. Basilio longe ante institutionem cuiuscunque legis scriptae quaerenda et quadamtenus ad ipsam naturalem referenda est adeo, ut jejunium apud omnes populos, pro actu virtutis et religionis haberetur, et eius observantiam ipsi pagani praecipuum, cumprimis in publicis calamitatibus, peccatorum expiandorum et fletendae irae Dei, medium semper reputaverint.

Prima lex omnium, primo homini data, lex jejunii, lex abstinentiae fuit. „De ligno autem scientiae boni et mali ne comedas.“ (Gen. 2.) „Et Adamus, inquit S. Hieronymus, quamdiu jejunavit, in Paradiso fuit: comedit et eiectus est. (Adv. Jovin. I. II.) Ita pariter nescia jejunii intemperantia altera catastrophalis exitii generis nostri causa exstitit, prout legimus: „In diebus Noe . . . edebant et bibeant usque in diem qua intravit Noe in arcam: et venit diluvium et perdidit omnes“ (Luc. 17.)

Per quadraginta annos populum suum deducens Deus, abstemium esse voluit, manna et aqua viventem: docens gulam edomandam, sobrietatem colendam. Ubi vero gulae satisfacere populus voluit, statim poenas dedit; „adhuc enim carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat cibus huiusmodi; et ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna.“ (Num. 11.)

(Jejunium
quadragesi-
male inti-
matur.)

Moyses legem accepturus, ingressus medium nebulae „ascendit in montem et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus . . . panem non comedit et aquam non bibit.“ (Exod. 24. 34.) Quas vero tabulas, inquit S. Basilius, Dei digito conscriptas, jejuniunum accepit, has ebrietas contrivit. (Hom. 1. de jej.)

Judith, habens super lumbos suos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitae suae (cap. 8.)

Esther, cinere et stercore implevit caput, et corpus suum humiliavit jejuniis. (14. 2.)

Et Sanctus Rex, propheta *David*, ingemiscens fatetur, „genua mea infirmata sunt a jejunio“. (Ps. 18.)

Prophetae quot, tot acerrimi sectatores jejunii et abstinentiae: „Ad Eliae, supernam missionem executuri, caput, „ecce subcinericus panis et vas aquae, qui comedit et bibit et ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus et quadraginta noctibus usque ad montem Dei Horeb, (III. Lib. Reg. 19.) *Elisaeus* vero vir Dei, herbis agrestibus, filios prophetarum nutritivit.“ (IV. Lib. Reg. 4.)

Joannis Baptiste vita, quid aliud erat, quam unicum ac perpetuum jejuniunum (S. Basil) qui venit non manducans, neque bibens, et cuius esca erat locustae et mel sylvestre? (Math. 3.)

Hanc naturae humanae quadamtenus continuam legem suo sancvit exemplo Divinus Salvator noster, de quo Evangelista refert, quod „cum jejunasset quadraginta diebus et noctibus, postea esurivit“ (Math. 4.) ac suasit et confirmavit verbis cum ait: „Cum jejunatis nolite fieri, sicut hypocritae, tristes. Tu autem cum jejunas“ . . . (Math. 16.) porro cum alibi docet: „hoc genus daemoniorum non ejicitur, nisi per orationem et jejuniunum“ (Math. 17.) Eamdem gentium Apostolus praedicavit, cum monet „ut in omnibus nosmetipsos exhibeamus sicut Dei ministros in multa patientia, . . . in laboribus, in vigiliis, in jejuniis.“ (II. Cor. 6.)

Quamvis igitur frustra originem legis, induci quadragesimalis jejuniunii in annalibus Ecclesiae quaereremus; nullum est dubium, eam institutionis Jesu Christi esse et Apostolorum, qui et ipsi, sicut olim in veteri lege reges et prophetae: „Praedicaverunt jejuniunum, in conspectu Domini omni populo . . . , et universae multitudini.“ (Jerem. 36.) Ac ideo eius observantiam antiquissima Sacrae Traditionis monumenta iam praestitutam et praexistentem et in vitam christianam inductam ubique supponunt; velut aliarum in Ecclesia rerum, de quibus S. Augustinus ait: „Quod universa tenet Ecclesia, nec in conciliis est institutum sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.“

„Reverere itaque, ait S. Basilius, reverere jejuniunii canitatem. Non recens inventum est, sed pretiosus thesaurus a maioribus repositus et traditus! — Sauciati peccato, remedium nostrum quaeramus in poenitentia. Et quia terra, maledicta, spinas et tribulos germinat tibi, sine jejuniu non est poenitentia. In sudore et dolore nobis vivendum est, non in voluptatibus. Satisfaciamus igitur Deo per abstinentiam, per

jejunium. Ob legis jejunii neglectum e paradiſo expulsi: jejunemus, ut per observantiam illuc redire queamus.“ (De jejun.)

Per observantiam jejunii quadragesimalis erga Ecclesiam Dei, in qua Christus loquitur, et nos ad salutem dirigit et ducit, quaeque nobis eam ex apostolica institutione, ceu præparationem paschalem proponit. obedientiam contestamur, illius meritum divini promissi acquirentes: „Qui vos audit me audit.“ (Luc.)

Per jejunium Deo, cui toto corde, animo et omnibus viribus famulari nos oportet, ipsa corpora nostra exhibemus hostiam viventem, sanctam, Deo placentem; ut non huic saeculo conformemur, sed reformemur spiritu in novitate sensus nostri. (Rom. 12.)

Per jejunium, nunc dierum, ubi plurimi hominum, cumprimis urbicularum, velut sidera errantia circumacti, sine timore convivantes et semetipsos pascentes, (ep. Jud.) vel ipsam memoriam sanctae huius obligationis exuisse videntur: quodammodo et fidem profitemur ac exemplo obliviosos commonemus, quomodo oporteat eos ambulare et placere Deo — non in passione desiderii sicut et gentes, quae ignorant Deum, sed secundum præcepta, quae ad nos ab Apostolis decurrent per Dominum Jesum Christum. (I. Thess. 4.)

Per jejunium carnem, quae est concupiscentiae focus, domamus et spiritui subjiciimus; ut dum spiritu, facta carnis mortificaverimus, vivamus; scientes, quod prudentia carnis mors sit, prudentia vero spiritus vita et pax. (Rom. 8.)

Jejunium tandem efficacissimum medium expiationis est et orationi ac eleemosynis iunctum, peccata purgat, et facit invenire misericordiam et vitam aeternam, (Job. 12.) per sanctificationem spiritus nostri quam procurat, et quae est summa circa nos voluntas Dei. (II. Thess. 2.)

Atque in hoc quidem consistit ministerium nostrum: parare videlicet Domino plebem perfectam; (Luc. 1.) et ad hoc habemus gratiam ad omnem plebem, ut Dominus augeat, qui salvi fierent quotidie in idipsum. (Act. 2.)

Quapropter, VV. FF. et Filii Dilectissimi, observate diligenter et observare facite saltem eam disciplinae sacri jejunii quadragesimalis mensuram, quae vobis et fidelibus huius Dioecesis, multum temperata et mitigata, inde a plurimis annis proponitur; quamve eodem, ut hucusque modo, fidelibus annunciate et secundum dictamina Circularium Dioecesanarum (a. 1877. pag. 13. et a. 1878. pag. 104.) explicate.

Dumque sic jejunium sanctificatis, i. e. sacratores hos dies velut ex totius anni circulo eligitis, ut per eos, in spiritu ecclesiae et Sanctorum in ea, omnium aetatum universitatis, communione Deo impensis famulemini: agite, ut, cum tantillo corporis sacrificio, quod Deo offertis, ut Filio Eius pro nobis passo, in hoc quoque tantisper conformemini, — cumprimis animas vestras sanctificetis: ut pietate, castimonia, sobrietate et animarum zelo adiuncti; a vanitatibus praetereuntis huius mundi aversi, ad officia vero et studia sacrae vocationis vestrae ferventius

conversi: dum vosmet ipsos diligentius sanctificaveritis, porro eos qui vobis commissi sunt qua doctrina, qua exemplis et actionibus sacris, efficacius ad salutem dirigatis et ad finem perfectum perducatis.

„Ipse autem Deus et Pater noster, et Dominus noster Jesus Christus adiuvet vos in munere vestro, abundare faciens charitatem vestram in invicem et in omnes, quemadmodum et nos in vobis: ad confirmanda corda vestra sine querela, in sanctitate ante Deum et Patrem nostrum in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus Sanctis Eius. Amen.“ (I. Thess. 3.)

325

1881

(Intimatum
quoad matri-
monium, mi-
nerennium.)

Subsequentes Exc. Ministerii R. H. Ordines cum eo pro stricta observantia cum ven. Clero Curato communico, ut exinceps recursui, pro obtinenda dispensatione in defectu aetatis ad me dirigendo adnexum sit praeter *testimonium medicum* de sufficienti corporis maturitate, *etiam documentum, consensum parentum vel tutoris exhibens.*

Vallás és közoktatási magy. kir. ministertől. 1288. szám. Nagyméltóságu Püspök Úr! A magy. kir. belügyministeriumtól a következő közleményt, illetve megkeresvényt vettetem:

A gyámsági és gondnoksági ügyek rendezéséről szóló 1877. évi XX. t. cz. 113. §-ának 5-ik pontja szerint, a kiskorú házasságára nézve általában (a korraló tekintet nélkül) ha az iránt a gyám és szülők, illetőleg rokonok és a kiskorú között egyetértés létre nem jött, úgyszintén a 18 évet még be nem töltött kiskorú fiú, valamint a 16 évet még be nem töltött kiskorú leány házassága tekintetében is, gyámsági beleegyezés szükséges.

Ebből következik, hogy az eskető lelkész a házasságra lépő kiskoruktól a szülők vagy gyám, esetleg pedig a gyámsági törvényben kimondott életkort be nem töltött kiskoruktól, minden esetben, a gyámsági beleegyezését is kivíanni köteles.

E törvényes intézkedéssel szemben ismételten fordultak elő esetek, hogy ugy a róm. kath. mint más vallású lelkészek a kiskorukat gyámsági beleegyezés nélküli sőt a gyám egyenes ellenkezése dacára összeeskettek mi által a törvény rendelkezése a gyakorlatban hatálytalanná vált.

Hasonló eljárásnak jövőben való meggyátlása szérelmes Nagyméltóságodat a m. kir. belügyministerium f. hó 10-én 60368/1880 sz. a. kelt átirata folytán tisztelettel megkeresni, hogy az összes lelkész kedő papságot ez irányban kellőképen utasítani méltóztassék.

Fogadja Nagyméltóságod kiváló tisztelettem öszinte nyilvánítását. Budapest 1881. Január hó 22-én. Trefort. s. k.

326

1881

Michael Halász, emeritus parochus Némethiensis de suis in exteris oris per regrinationibus pulchrum typis vulgavit volumen: „Vándor emlékeim Europa nevezetesebb helyeiről“ inscriptum. Opusculum hoc pretio 1 fl. 50 cr. comparari potest in typographia „Hunyadi Mátyás“ Budapestini, vel a Rssmo Stephano Zsinkó Abbate Canonico, Quinque-Ecclesiis.

(Opusculum
Michaelis Ha-
lász commen-
datur.)

327

1881

Adnectitur praesentibus pro quovis Districtu exemplar relationis annuae Unionis Meranensis, ad succolando presbyteros pectore laborantes, coalitae. Unionem hanc, quae plura etiam in Dioecesi nostra numerat membra, patrocinio ven. Cleri curati impensius commendo.

(Commenda-
tur Unio Me-
ranensis.)

203

1881

Anno Domini 1881. die 30-a Januarii pie in Domino obiit Stephanus Trixler, parochus Német-Márokensis; natus a. 1836. ordinatus a. 1859. ab a. 1860. professorem gymnasii maioris Quinque-Ecclesiensis, ab a. 1868. parochum in Német-Márok egit. Die 30-a Decembris a. 1880. ad parochiam Dárda praesentatus, novum hunc suae destinationis locum ob infirmitatem petere iam non potuit.

(Stephanus
Trixler Par.
N.-Márok
mortuus.)

In cuius animae refrigerium per quemvis presbyterum tria Sacra sunt absolvenda.

338

1881

A závod-i kántortanítói állomás üresedésbe jövén, ennek betöltésére f. é. március 20-ig pályázat nyíttatik. Jövedelme alkalmas lakáson, melléképíleteken és kis házi kerteu kivül: a) 4 hold föld, melyet a község, és 7 hold melyet a tanító mivelhet. b) 3 nagy szekér széna. c) Az uradalomtól 6 ől tűzifa, és egy ől száraz-fa a községtől iskolafűtésre. d) Tanítási dij 50 frt o. é., ostyasítésért 2 mérő tiszta buza. e) minden földmives házától — 81 — egy nyolczada buza és ugyanannyi rozs, szintúgy minden ház után 16 hr. o. é. f) A kisházasok és zselliérektől — 73 — minden pár egy nyolczada rozs és 5 kr. o. é. g) 130 szőlőbirtokos minden egyikétől 5 ituze bor. h) Stóláris jövedék 40 frt o. é. A kellően felszerelt folyamod-ványok a kerületi tanfelügyelőhöz Hőgyészre kiildendők.

(Concursus
pro statione
docentis in
Závod)

Rssmus Franciscus Troll, Abbas S. Stanislai de Sáros et Canonicus (Personalia.) Cantor Cathedralis Ecclesiae Quinque-Ecclesiensis, Altissima Resolutione de 22-a Januarii a. c. decoratus est Ordine Coronae Ferreae III. Cl.

Augustinus Herr Administrator Gödrensis nominatus est parochus Vé-méndensis.

Franciscus Németh missus est cooperator e Tamási ad Szakes; item Stephanus Kiss e Szakes ad Tamási.

Datum Quinque-Ecclesiis die 14-a Februarii 1881.

Ferdinandus m. p.

Episcopus.



IV.

393

1881

Anno currente, die 19-a Februarii, supremum diem obiit *Michael Bohus* (Mors Mich.
parochus Lapáncsaensis anno aetatis suae 51-o. Bohus par.
Lapáncsaen-
sis Concursus
pro hoc be-
neficio.)

Dum animam pie denati huius confratris consuetis suffragiis commendo,
una beneficium parochiale Lapáncsa publico concursui expono, invians eos Dioe-
cesis huius presbyteros, qui desiderio hoc beneficium liberae collationi Episcopali
obnoxium consequendi ducuntur, ut recursu: suos usque 15-am mensis Aprilis ad
Officium meum promoveant.

505

1881

Dimitens phyliras pro concinnandis datis statisticis, una directionis adin- (Phyliras pro
star communico litteras Officii regnicolaris statistici, ut sequitur:
concinnandis
datis statisti-
cis dimittuntur.)

Országos m. kir. statistikai hivatal 449/1881. szám. Van szerenesém Mél-
tósgodat tisztelettel értesíteni, hogy az 1880-ik évre vonatkozó népmozgalmi adatok
felvételére szolgáló füzeteket az illető lelkészek között leendő kiosztás végett 250
példányban, külön csomagban a mai póstával küldöttem meg Méltóságodnak.

Minthogy ezen füzetek az előző évi népmozgalmi adatok felvételére alkalmazottakhoz teljesen hasonlók s az egyes táblázatok alján, valamint a füzet elő és hátlapján kimerítő utasítások foglaltatnak, nem tartottam szükségesnek ezuttal az
egyes táblák betöltése körtıl követendő eljárás magyarázatával, illetve a lelkészek-
nek adandó utasítás ismétlésével Méltóságod becsves figyelmét igénybe venni, s csak
is az iránt vagyok bátor Méltóságodat tisztelettel felkérni, miszerint a kérdéses fü-
zeteknek az illető lelkészi hivatalokhoz leendő mielőbbi szétküldését, az egyes táb-
lák pontos és lelkiismeretes kitöltését, egyszóval az 1876. 1877. 1878. és 1879-ki
évek népmozgalmi adatainak felvétele alkalmából 2705/1877, 1080/1878, 58/1879.
és 7449/1879. számok alatt Méltóságodhoz intézett átirataimban foglaltaknak pontos
teljesítését, az érdekelt lelkész uraknak szigorúan meghagyni s őket utasítani mél-
tóztassék, hogy a betöltött füzeteket az illetékes törvényhatóság közegeinek (szolga-
birónak, polgármesternek) minden további sürgetés bevárása nélkül mielőbb de leg-
feljebb f. évi május 1-ig közvetlenül küldjék be, honnan azok rendes közigazgatási

Vallás és közokt. m. kir. ministertől. 11318. sz. A Weisz Mór, jelenleg csurgói kántortanító részére az 1858/59-iki tanévben a pesti kir. kath. tanító képezdénben 200-ik sz. a. kiállított el. tanképesítési oklevél állítólag elégvén, ezennel semmisnek nyilvánittatik, s nevezettnek f. é. március 25-én, 29. sz. a. annak jogérvényes másodlata szabályszerűen kiadatott. (Maurus Weisz obtinuit duplicatum testimonii.)

Miről van szerencsém a főtisztelendő egyházm. hatóságot a szokásos köröztetés szives eszközlése végett tisztelettel értesíteni.

Budapest, 1881. ápril hó 26-án.

A Minister meghagyásából: Gönczy Pál, s. k., ministeri tanácsos.

1110

1881.

Vallás és közoktatási m. kir. Ministertől. 15049. szám. Kruckenberger József, fekedi r. kath. tanítónak a pécsi kath. tanítóképezdében 1832. évi september havában kiadott képesítő oklevele állítólag elveszvén, ezennel semmisnek nyilvánittatik, s nevezett részére f. é. május hó 8-án, 26. sz. a. annak jogérvényes másodlata kiadatott. (Josephus Kruckenberger obtinuit duplicatum testimonii.)

Miről van szerencsém a főtisztelendő egyházmegyei hatóságot, tudomás és a szokásos köröztetés szives eszközlése végett tisztelettel értesíteni. Budapest, 1881. május hó 25-én.

A minister meghagyásából: Buzogány Áron s. k., ministeri titkár.

1105

1881.

Vallás és közokt. m. kir. Ministertől. 10579. szám. A fenálló törvényes renddel össze nem egyeztethető, a magyar állami és a magyar nemzet ellen izgató s gyűlöletet keltő eszmék s elvek ápolása és terjesztése miatt Gröner Ádám ág. hitv., Matuska Károly ág. hitv., Denk Miksa r. kath., Simkovics Péter ág. hitv. és Szokányi Pál ág. hitv., a losonczi állami tanítóképzde növendékei az összes hazai tanítóképzékből, Csaják János és Zguth Péter ág. hitv. képezdei növendékek pedig a losonczi áll. tanítóképezdéből ezennel kizáratnak oly megjegyzéssel, hogy nevezettek az az 1868. évi XXXVIII. t. cz. alapján 1877. évi július 13-án 10998. sz. a. itt kelt „szabály rendelet“ 4. §-ának c) pontja értelmében állami tanítóképzésekben képesítési vizsgára magán uton sem bocsáthatók. (Quidam Praeparandi excluduntur.)

Miről van szerencsém a főtisztelendő egyházmegyei hatóságot a szokásos köröztetés szives eszközlése végett tisztelettel értesíteni. — Budapest, 1881. ápril hó 30-án. — Trefort, s. k.

1118

1881.

(Peregrinatio
ad Lourdes.) Licet sufficienter ex ephemeridibus notum, quod catholici Patriae nostrae ad locum gratiosum Lourdes in Gallia peregrinari et Beatae Mariae Virgini, Nostrae Dominae, in gratiarum actionem pro multis miraculis, quae Eius pia intercessione hie loci inde a quinque lustris facta sunt, vexillum ornatissimum offerre intendant, communico tamen pro quodam hortamento & congruo usu litteras Comitis Joannis Cziráky, qui negotiis huius ipsius peregrinationis praeest, nuperrime ad me directas:

Nagyméltóságu Püspök ur! Azon magasztos mozgalmakkal szemben, melyek a kath. hitélet mezején Francziaország egyik igénytelen városkájából tengerárjaként előtörve, rövid idő alatt az egész világot megindították, és a bold. Sz. Szűz tiszteletét és énekeit milliók és milliók ajkairól ezer és ezer nyelven az összes keresztenység-nél lelkesülten viszhangoztatják, nemzetünk sem maradhatott tétlen, és bár fájdalom! miként egyéb ősi erényeinkben, ugy országunk Nagyasszonya iránti tiszteletünkben is megfogyatkoztunk, még is buzgóbb katholikusaink körében mintegy ösztönszerűleg támadt azon óhajtás: magyar zarándoklatot inditani ama kegyhelyre, mely a szep-lőtelen Sz. Szűz megjelenése s hatalmas közbenjárása folytán történt csodák által világhírvé vált, hogy ott az isteni kegyelmek e bő forrásánál édes hazánkra a szeplő-telen Sz. Szűz oltalmát és közbenjárását kiesdjék, s Mária iránti tiszteletük, hódolatuk s törhetlen rágaszkodásuk zálogául és ősök emléktől az egek királynéja lábaihoz, hasonlóan más nemzetek katholikusaihoz diszes zászlót letegyenek.

És ime ez a czélja a lourdesi kegyhelyre inditandó magyar zarándoklatnak; és mivel ez, tehát nemcsak felette kivánatos, hanem illő is, hogy ahhoz hitfeleink közül minél számosabban csatlakozzanak, megmutatván az által, hogy midőn arról van szó, hogy Nagyasszonyunk iránti tiszteletünket a világ előtt fennen hirdessük, nem hagyjuk magunkat tulszárnyaltatni más nemzetek katholikusai által, kik ama kegyhelyre tömegesen zarándokolnak.

Ugyanazért ámbár katholikusaink a hirlapok utján már ismételve ama zarándoklatbani részvételre felszólíttattak: a tisztelettel alólirottak még is, mint a lourdesi magyar zászló méltó elvitelét előkészítő bizottságának tagjai kötelességünknek tartottuk Nagyméltóságodhoz azon alázatos felkéréssel tiszteletteljesen járulni, méltóztatnák a sz. czél iránti tekintetből kegyesen odahatni, hogy egyházmegyéjébeli papsága által a hívek a lourdesi magyar zarándoklatra figyelmeztessenek, illetőleg a zarándoklatbani részvételre fölszólíttassanak.

Kik egyébiránt fiui hódolattal maradunk

Budapesten, 1881. május hó 2-án.

Nagyméltóságodnak alázatos szolgái

Gróf Cziráky János s. k., a bizottság elnöke;
Markus Gyula s. k., bizottsági tag.

1119

1881.

Illustrissimus D. Antonius Gruscha, Episcopus Carrhensis i. p. et Vicarius Apostolicus me requisivit, ut ad complendum, qui in cura animarum militari per obitum Michaelis Bujni vacans redditus est, locum, presbyterum Dioecesis Quinque-Ecclesiensis praesentarem, qui subin capellanus castrensis II. Classis cum honorario 900 flor. nominaretur. (*Locus vacans, in cura militari comprehendus.*)

Qualitates quae in praesentando huiusmodi presbytero postulantur. sunt:

- a) ut perfecte calleat linguam hungaricam, croaticam & germanicam;
- b) ut sit sanus, benemoratus & aetatem non ultra quadragesimum annum agens.

Provoco itaque iuniores presbyteros, qui praerecensitis qualitatibus gaudent, et animo ducuntur curam castrensem suscipiendi, ut sensa sua Mihi, quantocvus pandant.

1120

1881.

Breviaria denatorum sacerdotum, ex antiquo, eoque legitimo usu, Seminario maiori, — a quo Neopresbyter Breviarium gratis accepit — remitti semper solebant. (*Breviaria defunctorum sacerdotum Seminario*)

Ne usus hic in desuetudinem abeat, DD. Vice-Archidiaconos hisce provocatos habere volo, ut in casu mortis sacerdotis dioecesani, sui Districtus, Breviarium indicate ad se recipient et ad Seminarium promoveant. (*Maiori remittenda*)

1106

1881

A lipovai lelkésszége kebelezett ivándardai fiók-községben a kántortanítói állomás třesedésbe jövén, arra pályázat hirdettetik. A pályázók kellően felszerelt okmányait folyó évi julius 3-ig a ker. tanfelügyelőséghez küldjék Villányba. — Posta helyben. — Az oktatási nyelv német. (*Concursus pro statione docentis in Ivándárda*)

Ezen állomással a következő évi jövedékek vannak összekapcsolva:

1. Egy szobából álló lakás, konyha, éléskamra, házi pincze, istálló, házi kert, 1 hold beltelek és 2 hold első osztályú szántóföld, melyeket a község szánt, a tanító udvarából reá a trágyát kihordja, elveti és a termést a tanító lakására behordja.

2. minden házaspártól $\frac{3}{8}$ kétszeres gabona csapva, az özvegyektől ennek felét és $\frac{1}{8}$ morzsolt kukoriczát, (pár van jelenleg $30 \frac{1}{2}$), az urodalomtól 10 pozsmérő kétszeres buza.

3. Készpénzben minden pár után 50 kr. Az urodalomtól 4 frt 20 kr. és 20 frt vasárnapi iskolapénz.

A községtől 2 s az urodalomtól szintén 2 — összesen 4 ől fa, melyet a község vág és behordani tartozik.

5. A szíkséges malomfuvarokat a község teljesiti. —

(Personalia.) Josephus Hass nominatus est Parochus Kanyaensis.

Datum Quinque-Ecclesiis die 14-a Junii 1881.

Ferdinandus, m. p.

Episcopus.



IX.

1096
—
1881

Scriptum periodicum „Jézus szent szívénk hirnöke“ per pie denatum Episcopum Michaelem Kubinszky ante 13 et quod excedit annos coeptum, et non mediocri sacrificio sustentatum, a mense Julio currentis anni cura Joannis Molnár parochi Strigoniensis, redactoris partes in se suscipientis, publicabitur. Quid de hoc scripto periodico sperare liceat, quam svaviter lectores de thesauris, triumphis, doloribus etc. Sacratissimi Cordis instituantur, abunde monstrat primus fasciculus, qui initio huius mensis ad lucem prodiit. Dum pagellas has et sacerdotibus et fidelibus Dioecesis meae impensius commendo, adnoto una, quod pretium praenumerationale unius flni (pro semestri) ad Redactorem mittendum veniat.

(Commendatur scriptum „Jézus szent szívénk hirnöke“.)

1321
—
1881

Plus vice simplici tam e congregationibus vernalibus, quam a singulis etiam beneficiatis quaestio proposita est, quidnam de Intimato Exc. Ministerii Cultus & publicae Institutionis „de refundendo tributo funduali“ — a földadó megtéritésének rendes megtéritése — sub No. 943 anni currentis in Circularibus dioecesanis publicato sentiendum?

Cum per litteras ad singulos datas dubium ex parte non nisi tollatur; ne unus alterve beneficiatus circa sensum Intimati porro quoque dubius haereat: hisce declaro, *in supracitato Intimato de iis solummodo agi parochis, quorum Congrua 300 flnor. e fundo religionis annue redintegratur;* — quales vero in Dioecesi Quinque-Ecclesiensi non existunt.

1297
—
1881

Vallás és közoktatási magy. kir. minisztertől. 14894 szám. Kanovszky Ferencz, jelenleg sasvári (Nitra m.) tanítónak 1848. évi Julius 24-én 61. sz. a kra-

(Testimonium
Francis
Kanovszky
pro nostra pa-
tria valet.)

desi, valamint 1852 évi Október 22-én 10. sz. a. az olmützi tanítóképezdében nyert elemi népiskolai segédtanítói, illetőleg tanítói képesítési oklevelei ezennel Magyarországra nézve is érvényeseknek nyilvánittatnak.

Miről van szerencsém a főtiszt. egyházmegyei hatóságot a szokásos körözetetés szives eszközlése végett, tisztelettel értesíteni. — Budapest, 1881. junius hó 4-én. — Trefort s. k.

1298

1881

(Concursus
pro statione
docentis Lo-
thárd.)

Az egerághi anyaegyházhhoz tartozó lothárdi fiókközsgében megürült tanítóállomásra f. é. szeptember 20-ig pályázat nyíttatik. A pályázók felszerelt folyamodványaiat a ker. tanfelügyelő és espereshez küldjék Német-Bólyba.

Ezen állomástól, az 1877. nov. 11-én 2206. sz. alatt megalapított, és egyházhatóságilag helyben hagyott szerződés szerint, következő jövedelem van egybekapcsolva.

1. 19. 384 hkl. buza á 7 frt.	145 fl. 69 kr.
2. ugyan annyi rozs , 5 "	76 , 93 ,
3. 19 hkl. bor , 4 "	41 , 27 ,
4. minden házas pártól 25 kr.	31 " —
5. Vasárnapi oktatásért	21 " —
6. Földek és rét utáni jövedelem	45 " —
7. 10. 231 méter tüzi fa	25 , 58 ,
összesen 386 frt 47 kr.	

Minden temetésért 12 kr. a földeket és rétet mivel a nép, megjegyeztetik, hogy a tanító köteles a néppel minden vasárnap templomba menni és a kántori teendőket végezni.

1299

1881

(Concursus
pro statione
subdocentis
in Tóvel.)

A teveli egyik altanítói állomás üresedésbe jövén, arra ezennel pályázat nyíttatik f. év aug. hó 15-ig.

Ezen állással összekötött jövedelem: a) 259 frt o. é; — b) egy ől fa; — és lakásul egy szoba. A tannyelv német. A tanképesítéssel bíró folyamodók folyamodványaiat a plébános és iskolaszéki elnökhöz küldjék Tóvel-re. Tolna m. u. p. helyben.

1300

1881

(Concursus
pro statione
subdocentis
in Czikó.)

Az ujonnan szervezett czikói altanítói állomásra f. é. augusztus 23-ig pályázat hirdettetik. A pályázók folyamodványaiat a tanképességi bizonyítvánnyal a helybeli plébános és iskolaszéki elnökhöz küldjék. (U. p. Bonyhád.)

A kinevezendő altanító javadalmazása czéljából tartozik a község évnegyedes részletekben 150 frtot fizetni; továbbá a kántortanítónak az altanító szobája és osztálya fűtésére 4 öl fát kiszolgáltatni.

Élelmezést és ellátást az altanító a kántortanitótól kap.

Datum in Nádasd, die 16-a Julii 1881.

Ferdinandus, m. p.

Episcopus.



X.

1363

1881

Venerabilibus Fratribus Patriarchis Primatibus Archiepiscopis Et Episcopis
Universis Catholici Orbis Gratiam Et Communionem Cum Apostolica Sede Habentibus
Leo PP. XIII. Venerabiles Fratres Salutem Et Apostolicam Benedictionem.

Encyclica PP.
Leonis XIII.
de civili po-
testato.

Diuturnum illud teterimumque bellum, adversus divinam Ecclesiae auctoritatem susceptum, illuc, quo proclive erat, evasit; videlicet in commune periculum societas humanae, ac nominatim civilis principatus, in quo salus publica maxime nititur. — Quod hac potissimum aetate nostra factum esse appareat. Cupiditates enim populares quamlibet imperii vim audacius hodie recusant, quam antea: et tanta est passim licentia, tam crebrae seditiones ac turbae, ut iis qui res publicas gerunt non solum denegata saepe obtemperatio, sed ne satis quidem tutum incoluntatis praesidium relictum esse videatur. Diu quidem data est opera, ut illi in contemptum atque odium venirent multitudini, conceptaeque flammis invidiae iam erumpentibus, satis exiguo intervallo summorum principum vita pluries est aut occultis insidiis aut apertis latrociniis ad intermicionem expedita. Cohorruit tota nuper Europa ad potentissimi Imperatoris infandam necem: attonitisque adhuc prae sceleris magnitudine animis, non verentur perditи homines in ceteros Europae principes minas terroresque vulgo iactare.

Haec, quae sunt ante oculos, communium rerum discrimina, gravi Nos sollicitudine afficiunt, cum securitatem principum et tranquillitatem imperiorum una cum populorum salute propemodum in singulas horas pericitantem intueamur. — Atqui tamen religionis christianaе divina virtus stabilitatis atque ordinis egregia firmamenta reipublicae peperit, simul ac in mores et instituta civitatum penetravit. Cuius virtutis non exiguis neque postremus fructus est aequa et sapiens in principibus et populis temperatio iurium atque officiorum. Nam in Christi Domini praeceptis atque exemplis mira vis est ad continendos tam qui parent, quam qui imperant in officio, tuendamque inter ipsos eam, quae maxime secundum naturam

est, conspirationem et quasi concentum voluntatum, unde gignitur tranquillus atque omni perturbatione carens rerum publicarum cursus. — Quapropter eum regendae Ecclesiae catholicae, doctrinarum Christi custodi et interpreti, Dei beneficio praepositi simus, auctoritatis Nostrae esse iudicamus, Venerabiles Fratres, publice commemorare quid a quoquam in hoc genere officii catholica veritas exigat; unde illud etiam emerget, qua via et qua ratione sit in tam formidoloso rerum statu saluti publicae consulendum.

Etsi homo arrogantia quadam et contumacia incitatus trenos imperii depellere saepe contendit, numquam tamen assequi potuit ut nemini pareret. Praeesse aliquos in omni consociatione hominum et communitate cogit ipsa necessitas; ne principio vel capite, a quo regatur, destituta societas dilabatur et finem consequi prohibeatur, cuius gratia nata et constituta est. — Verum si fieri non potuit, ut e mediis civitatibus politica potestas tolleretur, certe libuit omnes artes adhibere ad vim eius elevandam, maiestatemque minuendam: idque maxime saeculo XVI, cum infesta opinionum novitas complures infatuavit. Post illud tempus non solum ministrari sibi libertatem largius, quam par esset, multitudo contendit; sed etiam originem constitutionemque civilis hominum societatis visum est pro arbitrio configere. Immo recentiores perplures, eorum vestigiis ingredientes qui sibi superiore saeculo philosophorum nomen inscripserunt, omnem inquiunt potestatem a populo esse; quare qui eam in civitate gerunt, ab iis non uti suam geri, sed ut a populo sibi mandatam, et hac quidem lege, ut populi ipsius voluntate, a quo mandata est, revocari possit. Ab his vero dissentient catholici homines, qui ius imperandi a Deo repetunt, velut a naturali necessarioque principio.

Interest autem attendere hoc loco, eos, qui reipublicae praefuturi sint, posse in quibusdam causis voluntate iudicioque deligi multitudinis, non adversante neque repugnante doctrina catholica. Quo sane delectu designatur princeps, non conferuntur iura principatus: neque mandatur imperium, sed statuitur a quo sit gerendum. — Neque hic quaeritur de rerum publicarum modis: nihil enim est, cur non Ecclesiae probetur aut unius aut plurium principatus, si modo iustus sit, et in communem utilitatem intentus. Quamobrem salva iustitia, non prohibentur populi illud sibi genus comparare reipublicae, quod aut ipsorum ingenio, aut maiorum institutis moribusque magis apte conveniat.

Ceterum ad politicum imperium quod attinet, illud a Deo proficiisci recte docet Ecclesia; id enim ipsa reperit sacris Litteris et monumentis christianaе vetustatis aperte testatum; neque praeterea ulla potest doctrina cogitari, quae sit magis aut rationi conveniens, aut principum et populorum saluti consentanea.

Revera humani potentatus in Deo esse fontem, libri Veteris Testamenti pluribus locis paeclare confirmant. *Per me reges regnant, . . . per me principes imperant, et potentes decernunt iustitiam*¹.) Atque alibi: *Praebete aures vos qui conti-*

¹ Prov. VIII, 15—16.

netis nationes, . . . quoniam data est a Deo potestas vobis, et virtus ab Altissimo¹. Quod libro Ecclesiastici idem continetur: *In unamquamque gentem Deus p̄ae posuit rectorem².* — Ista tamen, quae Deo auctore didicerant, paullatim homines ab ethnica superstitione dedocti sunt: quae sicut veras rerum species et notiones complures, ita etiam principatus germanam formam pulchritudinemque corrupti. Postmodo, ubi Evangelium christianum affulsit, veritati vanitas cessit, rursumque illud dilucere coepit, unde omnis auctoritas manat, nobilissimum divinumque principium. — Praese ferenti atque ostentanti Praesidi romano absolvendi condemnandi potestatem, Christus Dominus non haberes, respondit, *potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper.³* Quem locum s. Augustinus explanans, *Discamus, inquit, quod dixit, quod et per Apostolum docuit, quia non est potestas nisi a Deo.*⁴ Doctrinae enim p̄aeceptisqne Iesu Christi Apostolorum incorrupta vox resonavit tamquam imago. Ad Romanos, principum ethnicorum imperio subiectos, Pauli est excelsa et plena gravitatis sententia: *Non est potestas nisi a Deo; ex quo tamquam ex causa illud concludit: Princeps Dei minister est.*⁵

Ecclesiae Patres hanc ipsam, ad quam fuerant instituti, doctrinam profiteri ac propagare diligenter studuerunt. *Non tribuamus, s. Augustinus ait, dandi regni et imperii potestatem, nisi vero Deo.*⁶ In eamdem sententiam s. Ioannes Chrysostomus, *Quod principatus sint, inquit, et quod alii imperent, alii subiecti sint, neque omnia casu et temere ferantur . . . divinae esse sapientiae dico.*⁷ Id ipsum s. Gregorius Magnus testatus est inquiens: *Potestatem Imperatoribus ac regibus caelitus datam fatemur.*⁸ Immo sancti Doctores eadem p̄aecepta etiam naturali rationis lumine illustranda suscepérunt, ut vel iis, qui rationem solam ducem sequuntur, omnino videri recta et vera debeant. — Et sane homines in civili societate vivere natura iubet, seu verius auctor naturae Deus: quod perspicue demonstrant et maxima societatis conciliatrix loquendi facultas et innatae appetitiones animi perplures, et res necessariae multae ac magni momenti, quas solitarii assequi homines non possunt, iuncti et consociati cum alteris assequuntur. Nunc vero, neque existere neque intelligi societas potest, in qua non aliquis temperet singulorum voluntates ut velut unum fiat ex pluribus, easque ad commune bonum recte atque ordine impellat: voluit igitur Deus ut in civili societate essent, qui multititudini imperarent. — Atque illud etiam magnopere valet, quod ii, quorum auctoritate res publica administratur, debent cives ita posse cogere ad parendum, ut his plane peccatum sit non parere. Nemo autem hominum habet in se aut ex se, unde possit huiusmodi imperii vinculis liberam ceterorum voluntatem constringere. Unice rerum omnium procreatori et legislatori

¹ Sap. VI. 3. 4.

² Ecol. XVII. 14.

³ Ioan. XIX. 11.

⁴ Tract. CXVI. in Ioan. n. 5.

⁵ Ad Rom. XIII. 1. 4.

⁶ De Civ. Dei, lib. V. cap. 21.

⁷ In epist. ad Rom. homil. XXIII. n. 1.

⁸ Epist. lib. II. epist. 61.

Deo ea potestas est: quam qui exercent, tamquam a Deo secum communicatam exerceant necesse est. *Unus est legislator et iudex, qui potest perdere et liberare.*¹ Quod perspicitur idem in omni genere potestatis. Eam, quae in sacerdotibus est, proficiisci a Deo tam est cognitum, ut ii apud omnes populos ministri et habeantur et appellantur Dei. Similiter potestas patrumfamilias expressam retinet quamdam effigiem ac formam auctoritatis, quae est in Deo, *a quo omnis paternitas in caelis et et in terra nominatur.*² Isto autem modo diversa genera potestatis miras inter se habent similitudines, cum quidquid uspiam est imperii et auctoritatis, ejus ab uno eodemque mundi opifice et domino, qui Deus est, origo ducatur.

Qui civilem societatem a libero hominum consensu natam volunt, ipsius imperii ortum ex eodem fonte petentes, de iure suo inquiunt aliquid unumquemque cessisse, et voluntate singulos in eius se contulisse potestatem, ad quem summa illorum iurium pervenisset. Sed magnus est error non videre, id quod manifestum est, homines, cum non sint solivagum genus, citra liberam ipsorum voluntatem ad naturalem communitatem esse natos: ac praeterea pactum, quod praedicant, est aperte commentitum et fictum, neque ad impertiendum valet politicae potestati tantum virium, dignitatis, firmitudinis, quantum tutela reipublicae et communes civium utilitates requirunt. Ea autem decora et praesidia universa tunc solum est habiturus principatus si a Deo augusto sanctissimoque fonte manare intelligatur.

Qua sententia non modo verior, sed ne utilior quidem reperiri ulla potest. Etenim potestas rectorum civitatis, si quaedam est divinae potestatis communicatio, ob hanc ipsam causam continuo adipiscitur dignitatem humana maiorem: non illam quidem impiam et perabsurdam, imperatoribus ethnicis divinos honores affectantibus aliquando expetitam, sed veram et solidam, eamque dono quodam acceptam beneficioque divino. Ex quo subesse cives et dicto audientes esse principibus, uti Deo, oportebit non tam poenarum formidine, quam verecundia maiestatis, neque assentationis causa, sed conscientia officii. Qua restabit in suo gradu longe firmius collocatum imperium. Etenim istius vim officii sentientes cives, fugient necesse est improbitatem et contumaciam, quia sibi persuasum esse debet, qui politicae potestati resistunt; hos divinae voluntati resistere: qui honorem recusant principibus, ipsi Deo recusare.

Ad hanc disciplinam Paulus Apostolus Romanos nominatim erudiit; ad quos de adhibenda summis principibus reverentia scripsit tanta cum auctoritate et pondere, ut nihil gravius praecipi posse videatur. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt . . . Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.*³ Et consentiens est principis Apostolorum Petri in eodem genere praeclara sententia: *Subiecti estote omni humanae creaturae propter*

¹ Jacob. IV. 12.

² Ad Ephes. III. 15.

³ Ad Rom. XIII. 1, 2, 5.

*Deum, sive regi quasi praecellentem, sive ducibus tamquam a Deo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei.*¹

Una illa hominibus causa est non parendi, si quid ab iis postuletur quod cum naturali aut divino iure aperte repugnet: omnia enim, in quibus naturae lex vel Dei voluntas violatur, aequa nefas est imperare et facere. Si cui igitur usuveniat, ut alterutrum malle cogatur, scilicet aut Dei aut principum iussa negligere, Iesu Christo parendum est reddere iubenti *quae sunt Caesaris Caesari, quae sunt Dei Deo,*² atque ad exemplum Apostolorum animose respondendum: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.*³ Neque tamen est, cur abiecerit obedientiam, qui ita se gerant, arguantur; etenim si principum voluntas cum Dei pugnat voluntate et legibus, ipsi potestatis suae modum excedunt, iustitiamque pervertunt: neque eorum tunc valere potest auctoritas, quae, ubi iustitia non est, nulla est.

Ut autem iustitia retineatur in imperio, illud magnopere interest, eos qui civitates administrant intelligere, non privati cuiusquam commodo politicam potestatem esse natam; procreationemque reipublicae ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, geri oportere. Principes a Deo optimo maximo, unde sibi auctoritas data, exempla sumant: eiusque imaginem sibi in administranda republica proponentes, populo praesint cum aequitate et fide, et ad eam, quae necessaria est, severitatem paternam caritatem adhibeant. Huius rei causa sacrarum Litterarum oraculis monentur, sibimetipsis Regi regum et Domino dominantium aliquando rationem esse reddendam: si officium deseruerint, fieri non posse ut Dei severitatem ulla ratione effugiant. *Altissimos interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, . . . horrende et cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui praesunt fiet . . . Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.*⁴

Quibus praecepsit rempublicam tuentibus, omnis seditionum vel causa vel libido tollitur: in tuto futura sunt honos et securitas principum, quies et salus civitatum. Dignitati quoque civium optime consultur: quibus in obedientia ipsa concessum est decus illud retinere, quod est hominis excellentiae consentaneum. Intelligent enim, Dei iudicio non esse servum neque liberum; unum esse Dominum omnium, divitem in omnes qui invocant illum⁵ se autem idcirco subesse et obtemperare principibus, quod imaginem quodammodo referant Dei *cui servire regnare est.*

Hoc vero semper egit Ecclesia, ut christiana ista civilis potestatis forma non mentibus solum inhaeresceret, sed etiam publica populorum vita moribusque

¹ 1 Petr II, 13—15.

² Matth. XXII, 21.

³ Actor. V, 29.

⁴ S-p. VI, 4, 5, 6, 8.

⁵ Ad Rom. X, 12.

exprimeretur. Quamdiu ad gubernacula reipublicae imperatores ethnici sederunt, qui assurgere ad eam imperii formam, quam adumbravimus, superstitione prohibebantur, instillare illam studuit mentibus populorum, qui simul ac christiana instituta susciperent, ad haec ipsa exigere vitam suam velle debebant. Itaque pastores animarum, exempla Pauli Apostoli renovantes, cura et diligentia summa populis praecipere consueverunt, *principibus et potestatibus subditos esse, dicto obedire:*¹ item orare Deum pro cunctis hominibus, sed nominatim *pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt: hoc enim acceptum est coram Salvatore nostro Deo.*² Atque ad hanc rem omnino praeclara documenta christiani veteres reliquerunt: qui cum ab imperatoribus ethnici iniustissime et crudelissime vexarentur, nunquam tamen praetermisserunt gerere se obediens et submisso, plane ut illi crudelitate, isti obsequio certare videbantur. Tanta autem modestia, tam certa parendi voluntas plus erat cognita, quam ut obscurari per calumniam malitiamque inimicorum posset. Quamobrem qui pro christiano nomine essent apud imperatores publice causam dicturi, ii hoc potissimum argumento iniquum esse convincebant in christianos animadvertere legibus, quod in oculis omnium convenienter legibus in exemplum viverent. Marcum Aurelium Antoninum et Lucium Aurelium Commodum filium eius sic Athenagoras confidenter alloquebatur: *Sinitis nos, qui nihil mali patramus, immo omnium . . . piissime iustissimeque cum erga Deum, tum erga imperium vestrum nos gerimus, exagitari, rapi, fugari.*³ Pari modo Tertullianus laudi christianis aperte dabat, quod amici essent Imperio optimi et certissimi ex omnibus: *Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens a Deo suo constitui, necesse est ut ipsum diligit et revereatur et honoret et salvum velit cum toto romano imperio.*⁴ Neque dubitabat affirmare, in imperii finibus tanto magis numerum minui inimicorum consueuisse, quanto cresceret christianorum. *Nunc pauciores hostes habetis p[re]e multitudine christianorum, pene omnium civitatum pene omnes cives christianos habendo.*⁵ Praeclarum est quoque de eadem re testimonium in *Epistola ad Diognetum*, quae confirmat, solitos eo tempore christianos fuisse non solum inservire legibus, sed in omni officio plus etiam ac perfectius sua sponte facere quam cogarentur facere legibus. *Christiani obsequuntur legibus, quae sancitae sunt, et suae vitae genere leges superant.*

Alia sane tum causa erat, cum a fide christiana, aut quoquo modo ab officio deficere Imperatorum edictis ac Praetorum minis iuberentur: quibus temporibus profecto displicere hominibus quam Deo maluerunt. Sed in iis ipsis rerum adiunctis tantum aberat ut quicquam seditiose facerent maiestatemve imperatoriam contemnerent, ut hoc unum sibi sumerent, sese profiteri, et christianos esse et nolle mutare fidem ullo modo. Ceterum nihil de resistendo cogitabant; sed placide atque hilare sic ibant ad tortoris equuleum, ut magnitudini animi cruciatuum magnitudo concederet. — Neque absimili ratione per eadem tempora christianorum vis insti-

¹ Ad Tit. III, 1.

² I. Timoth. II, 1—3.

³ Legat. pro Christianis.

⁴ Apolog. n. 35.

⁵ Apolog. n. 37.

tutorum spectata est in militia. Erat enim militis christiani summam fortitudinem cum summo studio coniungere disciplinae militaris: animique excelsitatem immobili erga principem fide cumulare. Quod si aliquid rogaretur quod non esset honestum uti Dei iura violare, aut in insolentes Christi discipulos ferrum convertere, tunc quidem imperata facere recusabat, ita tamen ut discedere ab armis atque emori pro, religione mallet. quam per seditionem et turbas auctoritati publicae repugnare.

Postea vero quam respublicae principes christianos habuerunt, multo magis Ecclesia testificari ac praedicere instituit, quantum in auctoritate imperantium inesset sanctitatis: ex quo futurum erat, ut populis cum de principatu cogitarent, sacrae cuiusdam maiestatis species occurseret, quae ad maiorem principum cum verecundiam tum amorem impelleret. Atque huic rei causa, sapienter providit, ut reges sacerorum solemnibus initarentur, quod erat in Testamento Veteri Dei auctoritate constitutum. — Quo autem tempore civilis hominum societas, tamquam e ruinis excitata imperii romani, in spem christianae magnitudinis revixit, Pontifices Romani, instituto *imperio sacro*, politicam potestatem singulari ratione consecraverunt. Maxima quidem ea fuit nobilitatis ad principatum accessio: neque dubitandum quin magnopere illud institutum et religiosae et civili societati semper fuisset profuturum, si quod Ecclesia spectabat, idem principes et populi semper spectavissent. — Et sane quietae res et satis prosperae permanerunt quamdiu inter utramque potestatem concors amicitia permansit. Si quid tumultuando peccarent populi, praesto erat conciliatrix tranquillitatis Ecclesia, quae singulos ad officium vocaret, vehementioresque cupiditates partim lenitate, partim auctoritate compesceret. Similiter si quid in gubernando peccarent principes, tum ipsa ad principes adire, et populorum iura, necessitates, recta desideria commemorando, aequitatem, clementiam, benignitatem suadere. Qua ratione plures est impetratum, ut tumultuum et bellorum ciuilium pericula prohiberentur.

Contra inventae a recentioribus de potestate politica doctrinae magnas iam acerbitates hominibus attulerunt, metuendumque ne extrema malorum afferant in posterum. Etenim ius imperandi nolle ad Deum referre auctorem, nihil est aliud quam politicae potestatis et pulcherrimum splendorem velle deletum et nervos incisos. Quod autem inquiunt ex arbitrio illam pendere multitudinis, primum opinione falluntur; deinde nimium levi ac flexibili fundamento statuunt principatum. His enim opinionibus quasi stimulis incitatae populares cupiditates sese efferent insolentius, magna cum pernicie reipublicae ad coecos motus, ad apertas seditiones proclivi cursu et facile delabentur. Revera illam, quam *Reformationem* vocant, cuius adiutores et duces sacram civilemque potestatem novis doctrinis funditus oppugnaverunt, repentini tumultus et audacissimae rebelliones praesertim in Germania consecutae sunt: idque tanta cum domestici deflagratione belli et caede, ut nullus pene locus expers turbarum et crucis videretur. — Ex illa haeresi ortum duxit saeculo superiore falsi nominis philosophia, et ius quod appellant *nocum*, et imperium populare, et modum nesciens licentia, quam plurimi solam libertatem putant. Ex his ad finitimas pestes ventum est, scilicet ad *Communismum*, ad *Socialismum*, ad *Nihilismum*,

civilis hominum societatis teterrima portenta ac pene funera. Atqui tamen tantorum malorum vim nimis multi dilatare conantur, ac per speciem iuvandae multitudinis non exigua iam miseriarum incendia excitaverunt. Quae hic modo recordamur, ea nec ignota sunt nec valde longinquæ.

Hoc vero est etiam gravius, quod non habent príncipes in tantis periculis remedia ad restituendam publicam disciplinam pacandoque animos satis idonea. Instruunt se auctoritate legum, eosque, qui rempublicam commovent, severitate poenarum coercendos putant. Recte quidem: sed tamen serio considerandum est, vim nullam poenarum futuram tantam, quae conservare respublicas sola possit. Metus enim, ut praecclare docet sanctus Thomas, *est debile fundamentum; nam qui timore subduntur, si occurrat occasio qua possint impunitatem sperare, contra praesidentes insurgunt eo ardentius, quo magis contra voluntatem ex solo timore cohiebantur.* Ac praeterea *ex nimio timore plerique in desperationem incidunt: desperatio autem audacter ad quaelibet attentanda praecipitat.*¹ Quae quam vera sint, satis experiendo perspeximus. Itaque obediendi altiorem et efficaciorem causam adhibere necesse est, atque omnino statuere, nec legum esse posse fructuosum severitatem, nisi homines impellantur officio, salutarique metu Dei permoveantur. Id autem impetrare ab iis maxime religio potest, quae sua vi in animos influit, ipsasque hominum flectit voluntates, ut eis, a quibus ipsi reguntur, non obsequio solum, sed etiam benevolentia et caritate adhaerescant, quae est in omni hominum coetu optima custos incolumentis.

Quamobrem egregie Pontifices Romani communi utilitati servisse indicandi sunt, quod Novatorum frangendos semper curaverunt tumidos inquietosque spiritus, ac persaepe monuerunt, quantum ii sint civili etiam societati periculosi. Ad hanc rem digna, quae commmoretur, Clementis VII. sententia est ad Ferdinandum Bohemiae et Hungariae regem: *In hac fidei causa tua etiam et ceterorum principum dignitas et utilitas inclusa est, cum non possit illa convelli quin vestrarum etiam rerum labefactionem secum trahat; quod clarissime in locis istis aliquot perspectum sit.* — Atque in eodem genere summa providentia et fortitudo enituit Decessorum Nostrorum, praesertim autem Clementis XII, Benedicti XIV. Leonis XII. qui cum consequentibus temporibus pravarum doctrinarum pestis latius serperet, *sectarumque* audacia invalesceret, oppositu auctoritatis suae aditum illis intercludere conati sunt. — Nos ipsi pluries denunciavimus quam gravia pericula impendeant, simulque indicavimus, quae sit eorum propulsandorum ratio optima. Principibus ceterisque rerum publicarum moderatoribus praesidium religionis obtulimus, populosque hortati sumus, ut summorum bonorum copia, quam Ecclesia suppeditat, maxime uterentur. Id nunc agimus, ut ipsum illud praesidium, quo nihil est validius, sibi rursus oblatum principes intelligent: eosque vehementer in Domino hortamur, ut religionem tueantur, et, quod interest etiam reipublicae, ea Ecclesiam libertate frui posse sinant, qua sine iniuria et communi pernicie privari non potest. Profecto Ecclesia Christi neque principibus potest esse suspecta, neque populis invisa. Principes quidem ipsa monet

¹ De Regim. Princip. I. I. cap. 10.

sequi iustitiam, nullaque in re ab officio declinare: at simul eorum roborat multisque rationibus adiuvat auctoritatem. Quae in genere rerum civilium versantur, ea in potestate supremo imperio eorum esse agnoscit et declarat: in iis quorum iudicium, diversam licet ob causam, ad sacram civilemque pertinet potestatem, vult existere inter utramque concordiam, cuius beneficio funestae utriusque contentiones devitantur. Ad populos quod spectat, est Ecclesia saluti cunctorum hominum nata, eosque semper dilexit uti parens. Ea quippe est, quae caritate praeeunte mansuetudinem animis impertiit, humanitatem moribus, aequitatem legibus: atque honestae libertati nuspiciam inimica tyrannicum dominatum semper detestari consuevit. Hanc, quae insita in Ecclesia est, bene merendi consuetudinem paucis piaeclare expressit sanctus Augustinus: *Docet (Ecclesia) reges prospicere populis, omnes populos se subdere regibus: ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus caritas, et nulli debetur iniuria.*¹

His de causis opera vestra, Venerabiles Fratres, valde utilis ac plane salutaris futura est, si industriam atque opes omnes, quae Dei munere in vestra sunt potestate, ad deprecanda societatis humanae vel pericula vel incommoda Nobiscum contuleritis. Curate ac providete, ut quae de imperio deque obediendi officio ab Ecclesia catholica praecipiuntur, ea homines et plane perspecta habeant, et ad vitam agendam diligenter utantur. Vobis auctoribus et magistris, saepe populi moneantur fugere vetitas sectas, a coniurationibus abhorrente, nihil seditiose agere: iidemque intelligent, qui Dei causa parent imperantibus, eorum esse *rationabile obsequium*, generosam obedientiam. Quoniam vero Deus est, qui dat salutem regibus,² et concedit populis conquiescere *in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiduciae et in requie opulenta.*³ Ipsum necesse est orare atque obsecrare, ut omnium mentes ad honestatem veritatemque flectat, iras compescat, optatam diu pacem tranquillitatemque orbi terrarum restituat.

Quo autem spes firmior sit impetrandi, deprecatores defensoresque salutis adhibeamus, Mariam Virginem magnam Dei parentem, auxilium christianorum, tutelam generis humani: S. Iosephum castissimum sponsum eius, cuius patrocinio plurimum universa Ecclesia confidit: Petrum et Paulum Principes Apostolorum, custodes et vindices nominis christiani.

Interea divinorum munerum auspicem Vobis omnibus Venerabiles Fratres, Clero et populo fidei vestrae commisso Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXIX Junii A. MDCCCLXXXI, Pontificatus Nostri Anno Quarto. LEO PP. XIII.

¹ De morib. Eccl. lib. I cap. 80.

² Psal. CXLIII, 11.

³ Isai. XXXII, 18.

1319

1881

(*Ignatius Kanyi mortuus.*) Die 10-a Julii currentis anni pie in Domino obiit *Ignatius Kanyi* parochus Püspök-Szent-Lászlóensis, natus a. 1843. ordinatus a. 1865, parochus ab. a. 1872.

1349

1881

(*Adolphus Weber mortuus.*) Die 16-a Julii mortuus est in Gyrgatho regnicolari Buda-Pestano *Adolphus Weber*, natus a. 1840. ordinatus a. 1863. ab anno 1866. parochus in Lengyel.

1470

1881

(*Mors Josephi Molnári.*) Die 21-ma Julii c. a. viam carnis universae ingressus est *Josephus Molnár* natus a. 1825. ordinatus a. 1848. ab a. 1856. Professorem penes gymnasium Quinque-Ecclesiense, ab a. 1864. Parochum in Grábócz, ab a. 1870. in Bükösd egit.

Quorum animas piis suffragiis sacerdotum dioecesanorum hisce commendo.

1352

1881

(*François Feichtinger obtinuit duplicatum testimonium.*) Vallás és közoktatásügyi mkir. Ministertől. 15766. Feichtinger Ferencz gámfarni tanító részére 1869. évi juliust 24-én ¹⁶⁸ sz. a. a soproni kir. kath. tanítóképezdében kiállított elemi képesítési oklevél állítólag elveszvén, ezennel semmisnek nyilvánittatván, helyette nevezett részére f. 6. május 25-én 62. sz. a. annak jogérvényes másodlata kiadatott.

Erről van szeretem a főtisztelendő egyházmegyei hatóságot a szokásos körözött szives eszközlése végett tisztelettel értesíteni. Budapesten, 1881. évi június hó 19-én. A miniszter meghagyásából: Buzogány Áron s. k. ministeri titkár.

1353

1881

(*Concursus pro statione docentis in Horvát-Hertelend.*) Az ibafai plébaniához tartozó Horvát-Hertelend fiók-községben a r. kath. tanítói állomásra f. é. augusztus 28-ára pályázat hirdettetik. — Jövedelem: 1-ös Tandij 25 frt, lélekpént 12 frt, az ismétlő iskolások tanításáért 23 frt, körülbelül 5 frt stola. — 2-or Szabad lakás és kert, öt hold szántóföld, melyből egy holdat a község szánt. — 3-or 8 mérő buza, 10 mérő rozs és 10 mérő kukoricza. — 4-er 2 akó bor és 4 ől tüzifa. — Csak oly tanképesített okleveles tanítók pályázhatnak, kik a német és magyar nyelvet tökéletesen birják. A kérvények a ker. tanfelügyelő és espereshez intézendők Mosgóra, pónsta Szigetvár.

1354

1881

(*Concursus pro statione docentis in Keskend.*) A laskafalvi anyaegyházhhoz tartozó Keskend fiók-községben a kántortanítói állomás üresedésbe jövén, arra f. é. szeptember 27-ig pályázat nyittatik.

Ezen állomás évi jövedelme következő: 1. Tisztességes lakás a megfelelő melléképítétekkel és 700 □ őnyi házikerttel. 2. minden pártól egy nyolczada buza,

részben tiszta, részben kevert, van 110 pár, tehát $27\frac{1}{2}$ pozs. mérő. 3. Ugyan annyi szemes kukoricza. 4. minden iskolás gyermektől 8 kr., van 62, tehát 4 frt 96 kr. 5. Vasárnapi oktatásért 21 frt. 6. 8 régi öl tölgyfa, ezen felül iskolafittésre 2 öl. 7. 1000 □ öllel számítva 4 hold szántóföld és 300 □ öl rét — a miveltetési költseg a tanító terhére esik. 8. A bellyei uradalomtól 8 pozs. m. kétszeres és 4 frt 20 kr. o. é. pénzben. 9. Ostyasiítésért 80 kr. Stola körülbelül 4 frt. — Tanitási nyelv német és magyar — a megválasztandó kötelezi magát a hivatalos magyar iratokat az előljároságnak megmagyarázni. Végre a pályázóknak értésekre adatik, hogy a megválasztandónak fizetése csak 1882-ik év kezdetétől járand. A szükséges malom-fuvarokat a község teljesíti.

A folyamodványok Laskafalura küldendők az esperesi hivatalhoz. Pósta helyben.

1355

1881

A diósberényi másodtanítói állomásra f. é. augusztus 17-ig pályázat hirdettetik. A pályázók kellően felszerelt folyamodványait a ker. esperes és tanfelügyelőhez küldjék Hőgyészre.

(Concursus)
pro statione
II. docentis in
Dios-Berény.)

Ez állomással jár: 1. Egy szobából álló szabad lakás, tiltás és tisztogatással. 2. A főtanító asztalánál teljes élemezés. 3. A községtől évi 100 frt, a főtanítótól pedig évi 50 frt.

Megkívántatik a pályázóktól: 1. Hogy képezdét végzett s nőtlenek legyenek. 2. Hogy a magyar és német nyelvet tökéletesen birják, ugyszintén az orgonálás, éneklés s más kántori teendőkben kellő jártassággal birjanak, hogy az egyházi teendőkben és a temetésekben kötelességszerűen segédkezhessék.

1360

1881

A kakasdi altanítói állomásra, melylyel évnegyedenkint esedékes 300 frt évi fizetés és egy tisztességes szobából álló lakás van évi jövedelemkép összekötve, f. évi augusztus hó 15-éig pályázat hirdettetik. Tannyelv német-magyar. Az állomást elnyerő köteles az egyik ismétlő iskolát is kezelní, valamint az ifjúság fölött a templomi felügyeletet gyakorolni. A folyamodványok fenn kitett határnapig Kakasdra — u. p. Bonyhád — az iskolaszéki elnökséghoz intézendők.

(Concursus)
pro statione
subdocentis in
Kakasd.)

Josephus Brem coop. missus est e Berkesd ad Pécsvárad.

(Personalia)

Stephanus Krisztianus e Pécsvárad ad Berkesd.

Carolus Pintér e Zomba ad Kajdacs.

Michael Lanš ex Olasz ad Villány.

P. Polycarpus Schnobal Ord. S. Franc. e Villány ad Olasz.

Martinus Vogl e Báttaszék ad Babarez.

Ignatius Glatt e Babarez ad Báttaszék.

A dalbertus Schmidt neomysta ad Apar.

D esiderius Radó neom. ad Kéménd.

A loysius Z vonicsek neom. ad Zomba.

P. Andreas Vuic Ord. S. Franc. Coop. Kéméndensis nominatus est
Adttor in Püspök-Szent-László.

E mericus Szabó coop. Bükösdensis nominatus est Par. ibidem.

M auritius Wosinsky Adttor in Lengyel nominatus est Par. ibidem.

Datum in Nádasd, die 29-a Julii 1881.

Ferdinandus, m. p.

Episcopus.



XI.

1579
—
1881

Sanctissimi Domini Nostri Leonis Divina Providentia Papae XIII. Allocutio SS.
tio Habita Die IV. Augusti MDCCCLXXXI In Aedibus Vaticanis.

Venerabiles Fratres. Convocare ad Nos maturavimus amplissimum Colle-
gium Vestrum, ut de creandis Episcopis acturi obiata opportunitate uteremur ad
significandum Vobis animum Nostrum doloremque impertiendum haud multis ante
diebus susceptum ob res atrociter nefarieque in Urbe actas, cum Pii IX. f. r. De-
cessoris Nostri cineres efferentur. De quo quidem facto inopinato et indigno dile-
ctum Filium Nostrum Cardinalem a negotiis publicis ad Europae principes referre
imperavimus, re recenti. Nihilominus allata magno Decessori Nostro iniuria et pon-
tifica violata dignitas Nos hodierna die vocem promere omnino iubent, ut animi
Nostri sensa a Nobismetipsis publice confirmentur, intelligentque catholicae gentes
omni, qua possumus, ratione et memoriam viri sanctissimi vindicatam, et maiesta-
tem Pontificis maximi per Nos esse defensam.

Pius IX. ut probe nostis, Venerabiles Fratres, corpus suum in Basilica
Laurentiana extra pomerium condi iussit. Itaque cum supremam eius voluntatem hac
in re perfici oporteret, monitis iis qui securitatem publicam tueri debent, constitutum
fuerat, ut ex Basilica Vaticana corpus aveheretur silentio noctis, eoque tempore
quod esse solet maxime quietum. Item ducendum funus esse placuit non eo appa-
ratu qui pontificiae dignitati Ecclesiaeque institutis conveniret, sed quem praesens
romanae urbis conditio sineret. Verum eius rei vulgatur repente fama Urbe tota:
quare populus romanus, beneficiorum ac virtutum tanti Pontificis memor, sponte
demonstrat, velle se parenti publico obsequium pietatemque supremam testificari.
Quod quidem grati et amantis animi testimonium plane futurum erat populi romani
gravitate et religione dignum, cum nihil aliud esset propositum quam aut funus de-
center prosequi, aut, qua incederet, frequentes ac venerabundos adesse.

Ad constitutam diem horamque pompa funebris e templo Vaticano proces-

sit, ingenti multitudine ex omni civium ordine per compita perque vias circumfusa. Magnus piorum hominum numerus circa fere trum, maior pone comitabatur, incessu pacato et gravi. Ab his quidem aptas tempori preces fundentibus nec vox nec significatio ulla extitit, quae lacessere quemquam, aut turbas quoquo modo ciere posse videretur. Sed ecce vel a principio non ignota flagitosorum manus incompositis clamoribus lugubre officium perturbare. Mox aucto numero et audacia, ingeminare terrores ac tumultus, rebus sanctissimis maledicere, spectatissimos viros sibilis conviciisque accipere: vultuque et voce et ira minaces circumvenire hostiliter lugubrem comitatum, et verberibus saxisque certatim petere. Immo, quod nulla barbaria tentavisset, ne reliquis quidem Pontificis sanctissimi pepercerunt. Non modo enim nomen Pii IX contumeliose appellatum, sed in currum quadrigarum, quo reliquiae vehebantur, coniecti lapides, pluriesque inclamatum, proiiciendos inhumatos cineres. Continuatumque longo viarum tractu, duarum horarum spatio, turpe spectaculum. Quod si non ad extrema ventum est, moderationi eorum tribuatur, qui quamvis omni vi petulantiaque lacessiti iniurias patienter ferre maluerunt. quam ullo modo sinere ut inter illud pietatis officium funestiora contingrent.

Haec facta nota omnibus et publicis confirmata monumentis dissimulare aut denegare ii, quorum interest, nequicquam conantur: eadem, quo cumque fama nuntiavit, non modo catholicarum gentium animos moerore compleverunt, sed liber-
rimam indignationem cunctorum hominum moverunt, apud quos valet humanitatis nomen. Undique commeant ad Nos quotidie litterae labem dedecoris et immanitatem sceleris exsecrantium.

Sed maximam sollicitudinem animique angorem Nobis ante alios attulit casus nefarius et gravis. Quoniam autem officio impellimus, ut maiestatem Pontificatus romani, verendamque Decessorum Nostrorum memoriam tueamur, idecirco terrimum facinus in conspectu Vestro, Venerabiles Fratres, conquerimur et deploramus, illatamque expostulamus iniuriam, cuius ad eos culpa pertinet, qui nec iura religionis nec civium libertatem adversus impiorum hominum furem defenderunt. Atque ex hoc ipso perspiciat catholicus orbis quanta Nobis in Urbe securitas relinquatur. — Cognitum perspectumque erat, coactos Nos esse ad asperam multisque de caassis non ferendam conditionem: hanc tamen recens eventus, de quo loquimur, magis patefecit atque illustravit, simulque ostendit, si acerbus Nobis est rerum praesentium status, acerbiorem esse expectationem reliquarum. — Quod si evectos per Urbem Pii IX. cineres indignissimae perturbationes maximique tumultus consecuti sunt, quis praestare queat, non eamdem improborum futuram audaciam, si Nos incedere convenienter dignitati Nostrae per Urbem spectarent? Praesertim si datam sibi caussam putarent, quod Nobis officium coegisset aut latas in Urbe leges non iustas damnare, aut quicquam aliud publice non iure gestum reprehendere. Quapropter magis magisque intelligitur, non alio modo Nos Romae nunc posse consistere, quam in aedibus Vaticanis captivos. Immo si quis attente certa indicia consideret, quae passim erumpunt, simulque cogitet, aperte coniuravisse sectas in

excidium catholici nominis, non sine caussa affirmari potest, adversus Ecclesiam Christi et Pontificem maximum, fidemque avitam Italorum perniciosorā consilia maturari.

Nos quidem ad istos ingravescens certaminis gradus diligenter, uti debemus, attendimus: eodemque tempore quid Nobis ad defensionem maxime expediat ponderamus. Spe omni in Deo posita, dimicare summa contentione certum est pro incolumentate Ecclesiae, pro libertate Pontificis, pro iuribus et maiestate Sedis Apostolicae: in eoque certamine nec labores fugere, nec difficultates reformidare. Neque propugnaturi soli sumus, quoniam virtuti constantiaeque Vestrae, Venerabiles Fratres, plurimum in omnes partes confidimus. Ac non levi etiam vel solatio vel adiumento est voluntas et religio Romanorum, qui multis insidiis circumventi atque omnibus artibus sollicitati, tamen in obsequio Ecclesiae, in fide Pontificis maximi singulari fortitudine perseverant, nullumque locum praetermittunt demonstrandi quam alte eas virtutes insculptas animo retineant.

De Hierarchy ecclesiastica instituta in Bosnia et Erzegovina.

